

namque nullo modo explicitè, vel implicitè illam causam a signat, sed istam, quia dixit Esaias, A  
Excoecavit oculos eorum &c. manifestè supponens quod prophetæ non posunt non im-  
pieri. Quamobrem aduentum quod Augustinus nequam ibi definituè, sed inquisiti-  
vè procedit. Vnde sic ait, Cum questiones huiusmodi in medium venerunt; quare alius sic,  
alius autem sic; quare ille Deo deferente excoecatur, ille Deo adiuuante illuminetur, non no-  
bis iudicium de iudicio rati iudicis usurpemus, sed contremiscentes exclamemus cum Apo-  
stolo; O altius diuitiarum sapientia & scientia Dei! Quam inscrutabilia sunt iudicia eius,  
& inuestigabiles vite eius! Vnde dictum est in Psalmo, Iudicia tua sicut multa abyssus; non  
ergo me fratres ad hanc penetrandam altitudinem, ad hanc abyssum discutiendam, ad in-  
scrutabilam perscrutanda expectatio vestrae charitatis impingat; agnosco-modalum meum,  
sentire mihi video; etiam modulum vestrum: altius est hoc incrementis meis, & fortius viri-  
bus meis, puto quia & vestris; simus ergo audiamus admonentem scripturam atque dicen-  
tem, Altiora te ne quesieris, & fortiora te ne scutatus fueris; non quia ista negata sunt no-  
bis, cùm Deus Magister dicat, Nihil est occultum quod non reuelabitur; sed si in quid per-  
venimus in ecclambulans, sicut dicit Apostolus, Non solum quod nescimus & scire debe-  
mus, sed etiam si quid alterius sapimus, id quoque Deus nobis reuelabit: peruenimus autem  
in viam fisci, hanc perseverantissime teneamus; ipsa perducet ad cubiculum Regis in quo  
sunt omnes thesauri sapientia & scientia absconditi. Ambulandum est, proficiendum est,  
crescendum est, ut sint corda nostra capacia eatum rerum quas capere modo non possumus:  
quod si nos vltimus dies proficientes inuenierit, ibi discernemus quod hic non potuimus. Si quis  
zarem istam questionem liquidius & melius nouit se posse & confidit exponere, abicit ut non  
sim parvior discere quam docere; vnde & appetit huius materie maxima difficultas. Huic  
autem Apollolo concordat & coapostolus eius Petrus, Iesum, inquiens, Nazarenum inter-  
emistis, quem Deus suscitauit, solutis doloribus Inferni, iuxta quod impossibile erat teneri  
illum ab eo: David enim dicit in eum, Prouidebam Dominum coram me semper, quoniam C  
à dextris meis est ne commoueat; propter hoc latratum est cor meum, & exultauit lingua  
mea, insuper & caro mea requiescerit in spe, quoniam non derelinques animam meam in In-  
ferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem: Notas mihi fecisti vias vita, replebis  
me iucunditate cum facie tua, Ag. 2. Et ecce maior ambobus qui ait, Non potest soli Scrip-  
tura, Ioh. 10, à quo & multa similia 27. huius plenus allegantur; qui & Luc. 24. ait, Necesse  
est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysis, & Prophetis, & Scriptis de me. Quod etiam  
prophetæ nec stolidi implebuntur, testari videntur loca Scripturaræ dicentia, Hoc & illud fa-  
ctum est ut impletetur Scriptura, propria, seu sermo Prophetæ; si oportet seu oportuit im-  
pleri Scripturam, necesse est impleri Scripturam & similia; vnde Matth. 1. Hoc autem totum  
factum est, scilicet incarnatione Iesu Christi, ut adimpleretur quod dictum est à Domino per  
Prophetam dicentem, Ecce virgo in utero habebit &c. Glossa, Prophetia alia est ex præ-  
destinatione Dei, quam necesse est eueniere omnibus modis, ut sine nostro impleatur arbitrio, V  
ut hæc de qua hic agitur: alia est ex præscientia Dei, cui nostrum ac miscetur arbitrium: alia  
est que communis dicitur, quæ fit ob signum diuinæ animaduersonis, ut fugiantur à facie  
arcus electi, & iuste pereant incauti; & non est ex præscientia, quia longè aliter prædictur  
quam futurum comminetur; quam & penitè sub cisdem verbis recitat glossa Thomæ. Et in-  
fra 21. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicen-  
tem, Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum  
filium subiugalis; & adhuc inferius 26. Petru volenti Dominum capiendum defendere, ait,  
Converte gladium tuum, &c. An putas quod non possum rogare Patrem meum, & exhibe-  
bi modò mihi plurquam duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur  
scripturaræ Prophetarum, quia sic oportet fieri? Marci quoque 14. scribitur, Tanquam ad la-  
tronum existis cum gladijs, &c. Quotidie eram apud vos in Templo docens, & non me tem-  
uisti, sed ut adimpleretur Scriptura. Item Ioh. 19. dixerunt ad iniucem, Non sciodamus E  
eam, sed forsanum de ea cuius sit, ut Scriptura impletur dicens, Partiti sunt vestimenta  
tua, & in vestem meam miserunt fortem. Et inferius, Ut consummaretur Scriptura, dicit,  
Satio. Amplius Luc. 24. O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuntur sunt  
Prophetæ! Nonne haec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et Ioh. 20.  
Non dum enim scribent Scripturam quia oportebat eum à morte resurgere. Beatus quoque  
Petrus Ag. 1. dicit, Fratres, oportet impleri Scripturam quam prædictit Spiritus Sanctus per  
os Davidis de Iuda. Hoc autem verbum, oportet, necessitatem importat; vnde Isidorus su-  
per illud Luc. 24. Nonne haec oportuit pati Christum, sicut allegatur in glossa Thomæ, sic  
ait, Sed si oportebat Christum pati, tamen qui crucifixerunt resiunt: non enim fatigabant  
perficeret

Petrus.

Matth.

Marcus.

Iohannes.

Lucas.

Iohannes.

Petrus.

Isidorus.

A perficere quod Deus disponebat; unde & eorum execuio fuit impia. Et ecce maior Isidorus  
Iesus Christus expōns, oportet, per necesse est; Hæc, inquiet, sunt verba, quæ loquuntur  
sunt ad vos, cùm adhuc essem vobiscum, scilicet in carne mortali, secundum bedam, quo-  
niam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysis, & Prophetis, & Psalmis de eis,  
Luc. 24. Quando autem fui cum eis in carne mortali dixi eis, oportere filium hominis mul-  
ta parti acque resurgere, sicut patet Matth. 16. Marc. 8. & Luc. 9. & verisimile est quod non  
tunc simpliciter hoc eis prædictis, sed & per Scripturas ostendit, sicut Lucas inquit mani-  
feste: quare & Mathæus ubi prius, Coepit, inquit, Iesus ostendere discipulis suis, quia ope-  
ratus sum in Iesu Hierosolymam & multa pati; & Marcii 8. Coepit, inquit, docere eos, quoniam  
oportet filium multa pati, &c. & infra 9. ait illis, quomodo scriptum est in filium hominis  
et multa patiatur; & Luc. 18. Assumit Iesus duodecim, & ait illis, Ecce ascendimus Hiero-  
solymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis; Tra-  
detur enim gentibus, &c. Quare secundum expositionem verissimam veritatis idem est ope-  
rare & necesse esse, quod etiam ex verbis suis Luc. 24. patet; O stulti, inquit, & tardi, &c.  
nonne hæc oportuit pati Christum, &c. & incipiens a Mose & omnibus Prophetis, &c. Et  
infra eodem, Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysis & Prophetis, &c. Et  
adhuc inferius: Tunc aperuit illis sensum, ut intelligenter Scripturas, & dixit eis, quoniam  
sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, &c. Apparet ergo evidenter quod alterna-  
tum & indifferentem pro eodem sensu vtitur illis verbis, & quod *verus sensus veraque incul-*petam verus  
genitatem** sensus  
adimpleri. Hoc ideo evidenter apparet per modum loquendi communem quasi omnium  
Scripturarum: predictum namque frequenter futura per modum præteriti, & sub verbis præ-  
teriti temporis, sicut ostendunt plurimæ propheetæ; quod ideo faciunt secundum expo-  
sitionem Doctorum, quia ita certa sunt saltus apud Deum, & apud Prophetam, ac si  
essent præterita & iam facta: vnde Propheta Psalmi 3. in persona Christi, Ego, inquit,  
dormi & soporatus sum, & exurrexi\*. Super quod Augustinus 17. de Cuiitate Dei 18. \*Quia Do-  
minus ful-  
cepit me.  
Augustinus.  
An forte, inquit, quisquam ira delipit, ut credat velut aliquid magnum nobis indicare  
voluisse Prophetam, quod dormierit, & exurrexit, nisi somnus iste mors esset, & euangelio  
resurrectio, quam de Christo sic potuit prophetari? Nam & in quadragesimo multo mani-  
festos id ostendit, ubi ex persona eiusdem Mediatores solito tanquam præterita nar-  
rantur quæ futura prenotabantur; quoniam quæ ventura erant, iam in prædestinatione &  
præscientia Dei velut facta erant, Inimici, inquit, mei dixerunt mala mihi, &c. Idem super  
illud Psalmi 43. Saluos enim fecilli nos ex affligentibus nos, &c. Hoc inquit figurâ præte-  
riti de futuro dicitur, sed ideo tanquam præterita sunt, quia tam certum est quasi factum  
sit. Intendite quare pleraque Prophetæ ita dicunt tanquam præterita sunt, cùm prænuntien-  
tur futura non facta. Nam & de ipso Domino futura passio prænuntiabatur, & tamen fode-  
runt, inquit, manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: non dixit, sedi-  
ent & dinumerabunt: Ipsi verò considerauerunt & conspexerunt me: non dixit, confideta-  
bunt, & aspiciunt: Diviserunt sibi vestimenta mea: non dixit, divident: Omnia ista tanquam  
præterita dicuntur, cùm futura sunt, quia Deo & futura tam certa sunt tanquam præterita  
sunt; nobis enim ea quæ præterita sunt, certa sunt, & quæ futura, incerta sunt: nouimus enim  
aliquid accidisse, & non potest fieri, ut non acciderit, quod accidit. Da Prophetam, cui non  
tam certum si futurum, quām tibi præteritum, & quām ubi quod meministi factum non po-  
test fieri ut non sit factum; tam illi quod nouit futurum, non potest fieri ut non sit. Vbi &  
Cassiodorus, Tu solus, inquit, saluasti nos, & odientes nos confundes, ita videtur debe-  
re dicere; sed quoniam futurum ita certum est, sicut præteritum, quod non fuisset non po-  
test, dicit, saluasti, & confundisti. Item Augustinus exponendo titulum Psalmi 84. Cœrat,  
inquit, Propheta in futurum, & vtitur verbis quasi iam præteriti temporis; tanquam facta  
E dicit, quæ futura erant, quia apud Deum, & quod futurum est iam factum est; ibi ergo Pro-  
pheta videbat futura nobis, iam vero facta in illius prouidentia & prædestinatione certissima.  
Idem de Agone Christiano, Sic loquuntur Scripturaræ ut præteritum tempus pro futuro infi-  
nuent; sicut quod dixit Apostolus, quod simul nos federe fecit in celestibus, nondum fa-  
ctum est, sed quia certissimum est futurum, ita dictum est quasi iam factum sit. Idem de cor-  
reptione & gratia 33. tractans illam autoritatem Apostoli ad Romanos cap. 8. Quos præde-  
stioavit, hos & vocavit, &c. Non in omnibus, inquit, hæc facta sunt; adhuc enim vtique in  
finem sc̄ cujus multa vocandi & iustificandi sunt, & tamen verba præteriti temporis posuit eti-  
am de futuris rebus, tanquam fecerit Deus, quæ iam ut fierent, ex aeternitate disposita. Ideo  
de illo dicit & Propheta Esaias, Qui fecit quæ ventura sunt; futura ergo propæctica sunt  
apud

apud Deum in æternitate quasi præterita, quare & simili necessitate firmata. Quia in omnibus A  
& itetim tricesimo quarto existit immediate concludit; Quicunque ergo in Dei propria-  
tissima dispositione præsciti, prædestinati, vocati, iustificati sunt & glorificati, non dico  
etiam nondum renati, sed etiam nondum nati, iam filii Dei sunt, & ideo omnino perire  
non possunt. Cui & concordanter Anselmus de Concord. 3. eandem autotrialem per-  
tractans sic ait: Vnde autem ostendere idem Apostolus, non illa verba se pro temporali sig-  
nificatione posuisse, illa etiam quæ futura sunt, præteriti verbo temporis produntur: nō  
nondum enim quos præsciuisti adhuc nasciuros, sic iam temporanter vocavit, iustificauit,  
magnificauit; vade cognoscere potest enim propriæ indigentiam verbi significantis æternam  
præsentiam vñsum esse verbis præterita significationis; quoniam quæ tempore præterita  
sunt ad similitudinem æterni præsentis omnino immutabili sunt. In hoc siquidem magis ñmilia sunt æterno præsenti temporaliter præterita quam præsestant; quoniam quæ ibi,  
scilicet in æternitate sunt, nūquam possunt non esse præsenta, sicut temporis præ-  
terita non valeat vñquam non esse præterita; præsenta vero tempore omnia quæ trans-  
cunt, sunt non præsenta; futura igitur huiusmodi prophetata apud Deum in æternitate,  
& præterita in tempore simili necessitate firmantur. Amplius autem si prophetæ pos-  
sent falsari, & nunc non esse vera, nec vñquam fuisse vera, nullus deberet illas firmissime  
affirere, nec cum simplici iuramento; non enim sunt veræ firmissime; exponereturque se  
periculo perire & peccati. Sed quis Catholicus pro conversione vñus infidelis nolentis  
concessit ad fidem Catholicam, aut per assertiōnem firmissimam, & cum absoluto & sim-  
plici iuramento de resurrectione & beatificatione finali hæc facere dubitaret, sicut & Do-  
minus sape fecit, dicendo, Amen, Amen dico vobis, quia sic & licerit, sicut & frequen-  
ter dicunt Prophetæ, Iurauit Dominus hoc & illud? Quanta etiam securitate dicit Aposto-  
lus, Licet nos, aut Angelus de Cœlo Euangelizauerit vobis, præterquam quod Euangeli-  
zauimus vobis, anathema si? Cuius cauſam post pauca subvngit; Notum enim vobis C  
facio, Fratres, Euangelium quod Euangelizatum est à me, qui non est secundum homi-  
num: neque enim ego ab homine accepi illud, deque didici, sed per securitatem Iesu  
Christi, ad Galath. 1. Glosa, Nota quoddam non ideo ait nos, vel Angelus qui bonus potest  
intelligi, quod vñquam contingat hoc, sed à Deo certus est de veritate Euangeli sui; quod  
etiam si Angelus alius nuntiaret, non crederet, sed anathematizaret. Amplius si Prophetæ  
possunt falsari, potest & sacra Scriptura; est ergo sacra Theologia incertior, infirmior, in-  
terior, & indignantior facultatibus alijs quæ non possunt. Rursum si sacra Scriptura potest fal-  
sari, quæ nobis securitas in hac vita? Hæc enim est totius vita humana doctrix & ductrix,  
speculum & regnum. Quæ securitas possibilis homini in promissis diuinis, si Deus om-  
nem librum, omne pæcum, quodlibet chirographum, quodlibet instrumentum quantum-  
libet scilicet natus testibus, signis, etiam iuramento, quodlibet testamentum etiam morte D  
testatoris firmatum, possit absque mendacio, culpa, vel causa recidere, violare, abradere,  
cancelare, infringere, & falsare? Quomodo ergo potest esse contractus turas cum eo?  
Imò incomparabiliter minus turus contractus esset hominum cum Deo qui mentiri & peccare  
non potest, quæcum cum alio homine qui hæc potest. Nam Deus si secundum hypothesis  
potest in oppositum cuiuscunq; quoconq; pacto promisi, hoc potest sic duplicitate  
aut mutatione, sine mendacio, perire, aut peccato, potestque nūquam taliter contraxisse;  
sed nullus homo sic potest; quare quilibet homo contra quemlibet hominem taliter con-  
trahens, nec contractum implementem potest habere remedium, & récurrsum agendo con-  
tra cum de perire, de violatione fidei & contractus. Hoc ergo videtur colorem vni-  
formem sacra Scriptura pulcherrimum turibus maculis variare, odorem eius gracissi-  
mum fumis putridis permutterare, saporem eius dulcisissimum venenosum poculis fermentare.  
De huius ergo vñs non tacuit Apostolus; Commuquetur, inquit, veritatem Dei in  
mendacium, ad Romanos 1. & 2. ad Corinth. 2. Non sumus sicut plurimi adulterantes E  
verbum Dei: hæc enim faciunt qui Scripturam veracem in mendacem commutant, & Scrip-  
turam, virginem incorruptam, in adulteram meretricem. Non sic Author eius & testes.  
Non potest, inquit Christus, soli Scriptura quam Pater sanctificauit & misit in mundum,  
Iohann. 10. Nec vili dubium Christiano, quin testimonium Domini fidele. Ipse enim testis  
in cœlo fidelis; testimonia igitur sua credibilita facta sunt nimis. Hoc etiam plene proba-  
bant quæ de Psalmo 88. erant superflus allegata. Quare & Augustinus super illud Psalmi  
144. Fidelis Dominus in verbis suis, sic ait; Quid enim promisit, & non dedit? Adhuc  
quædam promisit; & non dedit; sed credit illi ex his quæ dedit, Possemus illi credere  
tantummodo dicenti; Noluit sibi credi dicenti, sed voluit teneti Scripturam suam; quo-  
modo


|| fallacem

*e Augustinus* bant quæ de Plalmo 88. erant superius allegata. Quare & Augustinus super illud Psalmi 144. Fideis Dominus in verbis suis, sic ait ; Quid enim promisi, & non dedit ? Adhuc quædam promisi, & non dedit ; sed creditur illi ex his quæ dedit. Possemus illi credere tantummodo dicenti ; Noluit sibi credi dicenti, sed voluit teneti Scripturam suam ; quod modo

A modo si dices alicui homini, cum aliquid promitteres, Non mihi credis? ecce scribo tibi. Et cùm quia generatio vadit, & generatio venit, & sic transcurrunt ista saecula, cedentibus succendentibusque mortalibus. Scriptura Dei manere debuit, & quoddam chiographum Dei, quod omnes transseuntes legerent, & viam promissionis eius tenerent, & quanta sent quis reddidit ex isto chiographo. Dubitant homines credere illi de resurrectione mortorum, & de futuro saeculo, quod solum iam redditum restat; per omnes generationes reddidit que scripta sunt, & quod restat non ei creditur, his omnibus redditis? Ecce fecisti rationem; tanta reddidit, nunquid propter paucare residua infidelis est factus? Absit; quare? Quia fidelis Dominus in verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Ecce quod Augustinus expressè supponit, quod si Deus non reddat in chiographo sacrae Scripturae promissa, ipsum fieri infidelem; sed hoc est impossibile manifestum; quare necesse est eum fiduciter reddere quemque per Scriptaram suam canonicanam repromisit.

CAP. XLVIII.

*Recitat quatuor responsiones, & corrigit.*



C  Ie autem occurunt multe potestivitatis responsia: quidam namque  
volentes Deum ab omni mendacio excusari, dicunt quod licet  
Deus predixerit quicquam hominibus in proprio genere, promi-  
serit, atque iuraverit, possibile tamen est cum nunquam tale quid  
fecisse. Itud autem, si secundum aliquamphantasmam videtur  
posse dici de Deo, de Christo tamen secundum naturam huma-  
nam dici non potest, sicut erat ostensum quadragesimo quarto &  
quadragesimo quinto fuius. Licet enim videretur hoc posse de  
Deo dici reuelante in verbo, de ipso tamen reuelante in proprio  
genere dici non potest: talis namque reuelatio est aliqua res creata, significans naturaliter  
vno modo, sicut quadragesimum quartum huius docet; quare necesse est omnem talen re-  
uelationem praeteritam iam fuisse, & significasse naturaliter illo modo. Fiz igitur talis reue-  
lacio, quod A. erit, tunc si sit possibile A. non fore; est consequenter possibile, quod quando Deus illud asseruit & iuravit, hoc fecisse contrarium, cum omnia semper scias; quare & fuisse mentitur, atque periuimus, decepisse quoque suos charifimos sine culpa, contra  
D proximo praestensa. Potestque similiter argui & probabilitas forsitan de praesenti. Item  
tunc nulla fides aut minima est in divinis promissionibus etiam iuratorij adhibenda, & minor  
quam humanis, sicut quadragesimo quinto & proximo est argutum. Item hoc est expressè  
contra autoritates ex Psalmo 88. & expositionibus eius, atque alias similes capitulo proximo  
recitatas, est etiam contra prius ostensa tricesimo secundo siuus. Item tunc quod Deus reue-  
lauit ad unum intellectum in proprio genere, posset non ad illum, sed ad alium reuelasse,  
contra prehabita quadragesimo quinto huius. Item eadem ratione quod Deus nunquam  
reuelauit in proprio genere Esaiam, potest sibi reuelasse, & nedam sibi, sed & alteri cuiuscunq[ue],  
quare qui nunquam fuit Propheta, nunc potest fuisse Propheta. Potestque Deus simili ra-  
tione nunquam instituisse illa, quæ vere fuerunt & sunt Ecclesiastica Sacra menta ad effectum  
salutis, sed alia statuisse; quare fidèles praeteriti possunt non fuisse in via salutis neque saluati,  
& infideles praeteriti sic fuisse. Pariter etiam ratione potest nunc Deus non præcepisse quod  
olim præcepit; quare & qui solum contra illud faciendo peccauit, & damnationem suscepit,  
nunquam peccasse nec damnatus fuisse; alias enim impotens homo peccando necessitatiter  
omnipotenter Deum ad olim aliquid præcepisse. Amplius si Deus potest non prædictissime  
aut præmissile futurum, potest & praeteritum, puta incarnationem, passionem, & similia,  
quod non videntur: potest quoque simili ratione non prævolutissime nec præcisiissime praeterita;  
quare & consequenter praeterita non fuisse, sicut totum appetat ex trigesimo, & trigesimo  
priori huius. Alij vero dicunt quod illud, quod Deus reuelauit in proprio genere ad unum  
intellectum, potest non ad illum, sed ad alium reuelasse: Hæc autem responsio reprobatur,  
sicut prior, quæ etiam potest refelli per prehabita quadragesimo quinto huius; quam  
& similiter destruunt autoritates ex Psalmo 88. & eius expositionibus, & alijs similes ca-  
pitulo proximo allegatae. Alij autem portant, quod Deus nunquam reuelat in proprio  
generi

genere futurum contingens, nisi sub aliqua conditione tacita vel expressa. Sed isti difficultatem non vitant. Licet enim Deus de facto non reuelasset aliquid absolute sine conditione, scilicet qualicunque, posset tamen aliquid sic reuelare; sic enim sicut multa futura, & sic Pater filio, & auctorum spiritui reuelauit, & homini Christo Iesu, sicut ex trigesimo quarto & quadragesimo secundo huius potest haberi: qui & possunt ad veritatem reduci per præhabita in correptione similiis responsionis quadragesimo quinto huius. Et si quis adhuc non erubuerit proteruire dicendo Deum posse reuelasse, & auctoritate homini in proprio genere sub conditione saltem tacite intellecta illud quod reuelavit & assertum absolute, corrigetur, ut spero, per eadem, per quae quadragesimo quinto huius responsio similis est correta; potest etiam reduci per eadem, per quae prima responsio huius capituli reducatur ab iniquo & errore: omnes etiam responsiones premissae sunt insufficietes, & multipliciter diminuta. Licet enim ad aliquam unam rationem seu autoritatem, vel ad paucas respondere forsitan videantur, sed alius tamen plures nullam habent apparentiam respondendi, sicut patet con-

A non liberum, & denon necessario in necessarium mutaretur. Huic queque repugnat prius ostensio viceclimo primi & tricesimo tertij manifestè. Eadem etiam ratione, qua lex necessitatet Deum ad velle quicquam & facere, & impossibilitaret cum ad limilia. Simili insuper ratione Deus posset aliquid vele & facere de potentia ordinata, & aliquid sic non poterit. Sed quomodo caput Creator omnipotens potentiam vel impotentiam à debili creatura? Præterea cùm dicunt, Necesse est hoc fore, si lex debeat stare fixa, vel intelligent & supponit quod necesse est legem stare fixam, vel non, sed quod est possibile eam solvi: Si sit necessarium eam stare, ipsa est necessaria, & ex ipsa necessaria lequitur Antichristum fore; quare per præhabita trigesimo huius, nunc est necessarium & non contingens ad virtutem libet ipsum fore. Si autem dicatur, quod necesse est legem stare necessitate ordinata, non absoluta, aut ergo illam necessitatem ordinatam necesse est stare, vel non; si sic, & ex illa sequitur lex Scripturæ, & ex hac, Antichristum fore, quare adhuc necesse est Antichristum fore, sicut superius est argutum. Si dicatur quod illam necessitatem ordinatam necesse est stare necessitate ordinata, non absoluta, ut prius, vel erit processus infinitus in necessitatibus huiusmodi ordinatis, quæ natura abhorret, ratio refutat, & secunda suppositione planè verat, vel tantum finitus, & aliqua erit prima huiusmodi necessitas ordinata; & si illam necesse est stare, & ex illa sequitur tota series & Antichristum fore; quare necesse est Antichristum fore: Si autem illam necessitatem ordinatam vel aliam qua necesse est legem stare, non necesse sit stare, nec legem necesse est stare, cùm nullam necessitatem habeat aliunde: Si autem non sit necesse legem stare fixam & veram, sed sit possibile eam solei & falsari, est similiter possibile reuelationes falliri, sive reuertuntur inconvenienti a quadragesimo secundo huius hucusque deducere. Item si lex sit talibet, contingit ad virtutem libet ipsam stare; quomodo ergo ex una contingenti de inesse pos-

C test inferri una de necessario? Quid est ergo, quod dicunt, si lex statuit, necesse est Antichristum fore? Si autem dixerint quod ibi sit necessitas consequentia seu conditionalis tantummodo, quam ergo difficultatem evitant aut evitant? Ino & inueniuntur contrarii sibi ipsi: Sic enim habent dicere consequenter de quibuscumque futuris, quod ipsa necessari sunt futura: nam omnia illa fore necessari lequitur ex una contingenti de inesse, ex una tali videlicet, Ista erunt. Amplius autem & a capite arguendo, isti fibi ipsi repugnat. Si enim omnia prædicta in lege sacra Scripturæ euident de necessitate huiusmodi ordinata, multò magis omnia prædicta, & præscripta, atque præordinata in lege æterna, in libro æterno, in voluntate & mente diuina euident de necessitate huiusmodi ordinata, rdm omnipotens Dei voluntas nullo modo possit deficere vel frustrari, sicut decimum primi docet: omnia autem futura sunt æternales præordinata, & præscripta arque prædicta in voluntate & mente diuina, sicut corollarium noni, decimum

D quartum, ac viceclimo tertium primi, cum trigesimo quarto huius lucide manifestat: Omnia ergo futura euident de necessitate huiusmodi ordinata; cùm tamen de aliquibus hoc concedant, de prædictis videlicet in sacra Scriptura, de alijs vero negent. Qui vero se tam aliter proficiunt, ponentes in omnibus & solis reuelatis, prophetatis, atque promissis diuinitus necessitatem indefectibilem, & postquam talia fuerint, absolutam; ita quod de nulla potentia possint deficere ab euentu, exorbitant in duobus. Primo, quia talium affirmant; secundo, quia hoc dato, difficultatem non evitant. Primo, inquam, falsum affirmant, Deum videlicet necessitatem nouiter & ligari, sicut potest haberi ex iudicis contra responsiones proximo recitata. Quis etiam audierat dicere omnipotentem, & omnianque infinitè perfictum, minus potenter, minus perfectum, minusque liberum nunc quam prius, una vice quam alia, postquam videlicet aliquid reuelauit sive prædicti, quam ante, cùm teste Iacobo: Apud eum non sit transmutatio, nec vicis studiis obumbratio, Iac. 1. Quod & quinto primi ostendit. Quis etiam audierat

E dicere omnipotenciam posse ad tantam impotentiam deuenire, vt non possit semel levare unam fletucam, si tamen inquinam levabit aliquam fletucam; & hoc teulet aut dicat, aliquid hoc non potest? Quis etiam Christianus audierat dicere Christum, imo & totam Trinitatem cum toto exercitu Angelorum non potuisse præservesse ipsum à morte, Christianumque non potuisse adhuc Patrem rogasse, nec Patrem filium exaudiisse? Quis negaverit Euangelium & vocem verissimam veritatis dicens, An putas quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit modò mihi plus quam duodecim legiones Angelorum? Marti. cap. 26. Quis tandem audierat ponere os in celum, & tam impie blasphemare, viderat Deum non esse omnipotentem, contra omnia symbola, & contra totam sacram Scripturam, ac contra primam suppositionem primi? Quicunque etiam hoc p̄iæ sumperie dicere,



## CAP. XLIX.

*Recitat duplēm opinionēm dicēntēm, quod in futuris reuelatis est ordinata vel absoluta necessitas, in alijs vero nulla.*

Vidam autem rationes & autoritates premissas diligenter ponderantes, videntesque se non posse diffugere necessitatem omnimodam in futuris, ab ipsa veritate necessitat: quodammodo & atraq; accedunt propinquis, & fatentur quod in futuris aliquibus est necessitas aliqualis, in futuris videlicet diuinis reuelatis, diuinis prophetatis, diuinisque promissis: & hi vltierius in lectam duplēm diciduntur. Isti namque ponunt in futuris huiusmodi necessitatem tantummodo ordinata, & quod non possunt non evincere de potentia ordinata, sed quod possunt deficere de potentia absolute: illi vero necesse est indefectibilem absolute, quæ de nulla potentia potest deficere ab euentu: & quia dicta huiusmodi, Necesse est Antichristum fore, necessitate ordinata, & impossibile est Antichristum non fore, de potentia ordinata, habent intellectum ambiguum & obscurum; aliqui primum festæ ea sic clarificant & exponunt, Ordinatum est quod Antichristus erit. Sed hi tripliciter deuant, & delirant: primo, quia male exponunt; quomodo namque sufficienter exponitur una de necessario per unam talem simplicem de inesse, cùm necesse esse includat simpliciter esse, & addat sicut Antecedens [super] suum consequens non conuertibile, vel si necesse est, nihil ibi addit super esse simpliciter, amittit suam significationem haec tenus consuetam, atque ponit ibi frustra, nec talis propositione est modalis, quod non videtur de veteri Logica, nec de noua, sed de nostra potius aut de nulla? Secundò, quia difficultatem non vitant: accipiatur enim necesse & possibile & eorum opposita, sicut tam apud Logicos quam apud Theologos communiter solent sumi, sicut & in præmissis accepi, & reuertitur difficultas. Tertio, quia sibi ipsi repugnant. Nam si propter ea necesse sit Antichristum fore, quia ordinatum est ipsum fore, cùm de omnibus futuris ordinatum sit per voluntatem diuinam ipsa fore, sicut corollarii noni, decimum quartum, & viceclimo tertium primi docent; de omnibus futuris necesse est ipsa fore ad similem intellectum, cùm tamen de aliquibus hoc concedant, de alijs vero negent. Alii vero ciuidem lectæ aliter hæc exponunt, dicentes necesse est Antichristum fore necessitate ordinata, id est, si lex & Scriptura diuinis ordinata debet stare fixa, necesse est Antichristum fore, & ita de alijs in lege prædictis. Hi autem peccant similiter multis modis. Nam secundum istos necesse est Deum facere quod se facturum promisit in lege necessitate huiusmodi ordinata; lex ergo seu promissio Dei scripta in lege, & sic aliquid extensem necessitat Deum, & voluntatem diuinam ad aliquid faciendo. Sed quomodo possit res parva pars potentia ligare & necessitate omnipotentem potentia infinita? Et quomodo non esset sic minoris potentia & seruioris conditio quam homo, qui sic necessari non potest? Quomodo etiam, si sic esset, non esset mutabilis? De libero namque in non

Philosophus.

Glossa.

Jobannes.

dicere, habet vterius cura insipiente dicere, Non est Deus : nam si non est omnipotens, A non est Deus, sicut prima suppositione priui docet. Amplius autem si reuelatio in proprio genere, si verbum in aere, si virus statu debilissimi esse in aliis imponat pfectitatem Deo & futuri, multo magis incomparabiliter verbum intrinsecum. Dei aternum, quo omnia futura aeternaliter dixit & dicit, & reuelatio sua intrinsecum & aeterna, qua Pater omnia futura Filio ac Spiritui Sancto reuelavit aeternaliter ac reuelat, sicut tricelsum quarto huius pleiaus est ostensum. Præterea corrumptatur talis reuelatio vel prædictio de futuro, & corruptitur omnis talis necessitas, ac tota revertitur difficultas. Item tunc causa necessitatis istius est reuelatio seu prædictio prophetalis. Sed quomodo prophetans Londini de actibus liberis futuri hominis qui est Romæ, puta Papæ vel Imperatoris, cum necessitat ad liberos actus suos, cum nihil penitus faciat circa ipsius? Quomodo etiam si Prophetæ mortuus priusquam de quo prophetauit pascatur, ipsum necessitat? Et si quis recurrat ad Deum, & ad actionem atque necessitationem diuinam, suppono quod Deus post prophetiam nihil aliud faciat circa illum de quo fuerat prophetatum, quam alias fuisse facturus: sed enim ipse quæ alia fuisse facturus. Quod etiam propheta, vel quæcumque prædictio necessitatem imponat, est contra Philosophum 1. petri hermenias vlt. sic dicentem: Nec hoc differt, si aliquis dixerit negationem, vel non dixerit; manifestum est enim quod sic se habet res; vel si hic quid affirmaverit, illi vero negaverit; non enim propter affirmare vel negare erit vel non erit. Cui & concordanter Glossa super illud Match. 1. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem, Ecce virgo in utero habebit, &c. recitante Glossa Thomæ sic ait, Potest dici quod, Ut, non ponatur causâ: non enim ideo impletum est, quia prædictum fuit, sed potius ideo prædictum fuit, quia impendunt erat. Ponut autem consecutiæ, sicut & in Genesi, Suspendit alterum in paribulo, ut coniectores veritas probaretur, quia uno suspenso, coniectoris veritas est probata; Sic & in hoc loco intelligendum est, quod hoc factò quod prædictum est, propheta implera est: quod tamen secundum hanc seriem in glossa veteri non inueni, sed sic inueni in ea, Propheta signum est præscientia Dei, Quia quod dixit, certum à Deo præsciri, & ideo ab homine debet tenari, nullum autem signum quod defigunt, effici, sed tantum significat quod ostendit, sicut propheta non necessitatem facit eorum quæ prædicti, sed signum est præscientia Dei: Et infra, Non est necessitas rerum ex cito quod prophetarum, sed sola exhibitiō veritatis; propheta non facit necessitatem eorum quæ dicit, sed signum est præscientia Dei. Amplius autem, et si esset verum quod dicunt, nequamquam perplexitatem huius inuolueri evolueret, sed magis inuolueret, ac multipliciter implicate: Reuelat namque Deus Christo vel Michaeli de futuri omnibus, quod hæc erunt; tunc secundum hypothesis de necessitate omnia ista erunt. Rursum reuelat Deus. D cuiuspiam, vel prædicat quod iste Paulus viator liberè & contingenter ad vitum liber faciet hunc Actum, & hoc sine aliqua conditione tacita vel expressa: Hoc etenim potest Deus; sic enim scit quæcumque futura, quod & potest ostendi per præmissa, quadragesimo octavo & quadragesimo quinto huius; Paulus ergo faciet. A libere, & contingenter æquale, quia sic fuit prædictum; & etiam necessitatem, quia secundum hypothesis omnia reuelata diuinitas, & prædicta de necessitate euident. Prædicat quoque Deus alicui merita & peccata, saluationem & damnationem huius & illius; tunc ista de necessitate euident; Quare & huius hypothesis positorum habent concedere, quod necessitas, libertas contradictionis, & contingencia ad vitum liber mentitum & peccatum & limilia non repugnant, sed amicabiliter ad inuicem sociantur, quod tamen omnino sagunt euenter. Adhuc autem erroris erroribus cumulando respondent vterius affirmantes Deum non posse singularem, maxime in materia contingentia. Verum si dengendo, omni potest Dei latitudinem nimis angustam, minima & impræcavat, ut & hoc & ceterum & non valent, quid prohibet Deum omnipotentem dicere & assertere aliquam singularem contingens, & hoc singulatiter, quod & vt sit certissimum, cito verum. Quid prohibet Deum reuelare in proprio genere Christo, Mat. 1. vel Michaeli aliud singulare contingens, sicut & in verbo reuelat. Quis audet dicere Christum, non posse nisi Deum sibi reuelare in proprio genere, potuisse, quos aut quem venit redimere, ne res demittat, prius quibus aut quo oratur, & alia multa fecit. Quis audet dicere Christum nunquam nouisse, nec unum quidem viatorum fallandum vel damnandum, cito poteat dicat, Ego cito quas elegerim, Iohannis decimo tertio, qui & specialiter graui puto Petro, ne deficeret fides sua. Luc. 2. Quis etiam præsumperit affirmare Christum non nouisse

A quod Iudas eum traduceret, & finaliter damnaretur? quis in tantum Euangelijs contradicat? aut quis præsumperit affirmare Christum non potuisse dicere, Ita hoc faciet & hic illud, cito de Iudeo traduceret, quod eum traduceret, & via damnacionis incurreret? & de Petro, quod eum negaret, sicut Euangeliste contestantur & de Paulo, quod portaret nomen suum Euangelia coram gentibus, & regibus & filiis Israël Act. 9. Cui etiam non possit singulare huiusmodi reuelari atque prædicti, cum hoc non sit ex defectu potentie actiæ in Deo qui reuelare debet, sicut nullus ignorat, nec ex defectu potentie pascitur & receptu in Angelo vel homine, qui reuelationem suscipere, nec ex defectu potentie singularis huiusmodi reuelandi, cum Deus possit hos defectus supplere de plenitudine potestatis? potestque homo per se vel per alium hominem propositioni singularis huiusmodi adhaere, potest quoque homo calem propositionem, sicut est possibile homini alteri reuelare: est ergo hic & ibi potentia requisita. Etiam si homo per se vel per alium ista potest, multo magis per Deum, & Deus per etiam. Quæ insuper ratio diversitatis, vel diversitas rationis, quare Deus potest reuelare, & dicere singularia de praeterito & praesenti, & non de futuro, cum omnia sciat intrinsecè, atque certè, sicut ostendit trigesimum primum huius? Ibi quoque illi videtur utramque testamentum negligisse. Ut autem de plurimis pauca resident, ecce in Genesi scribitur manifestè quod ex qualia Deus Abrahæ prædictit atque vice respondit, & in semine eius implenda, Genesim duodecimo, decimo quinto, & decimo septimo; ubi singulariter specificat, quod in filio, nomine Israël, quem pareret sibi Sara isto tempore, in anno altero, proximo scilicet tunc sequente, nec quacunque Sara, sed Sara viuæ vxor eius, cui & promisit, quod ex Israël nationes & Reges & populi orirentur; Vbi etiam de Israële prædictus, & promittitur isto modo, Multiplicabo eum valde, Duodecim Duxes generabit, de quo similiter supra 16. Hic erit ferus, &c. hanc etiam promissionem de Israël in holocaustum singulariter iam peracto iuramento firmissimo, quia per semipsum Dominus confirmavit, infra 12. Quid etiam posset singularius reuelati, sive prædicti, quæ quod Dominus per Joseph de Putena, & Pistorie Regis Pharonis Genesim quadragesimum reuelavit? Quid singularius illa benedictione prophetica, qua Jacob Ephraim & Manassem communatis manibus benedivit, Genesim quadragesimum octauo? Quid singularius prædictionibus Domini tam multis de Mose & Aaron, ac Pharaone & eorum operibus, quas principium Exodi plane scribit? Quid singularius prædictione repulsionis Mosis à Duciati populi in terram promissionis, & mortis ipsius, ac substitutionis Iosuæ, ac introductionis per cum, sicut Historia Numerorum & Deuteronomij manifestat? Quid singularius reuelatione de Saulo, primo Regum nono & decimo, ac reuelatione de Davide primo Regum decimo sexto, & post frequenter? Quid singularius reuelatione facta Ieroboamo per Ahiam, quod regnaret super decem tribus Israëlis tertio Regum undecimo & infra decimo tercio; De Iosia & altari in Bethel & inferius 22. ac 2. Para ip. 18. de Zedechia & Achab non reuersuro de prælio per Michaiam? quid singularius prædictione prophetica hac Elizæ, In tempore hoc, eras modius simile vno statere erit, & duo modij hordei statere vno in porta Samaria, & duci eidam non credenti, Videbis oculis tuis, & inde non comedes, quarto Regum septimo? Aut quid specialius prophetatione Elizæ de Hasacle regnatur & mala facturo, intra ciudem octauo? Quid etiam singularius prophetis de Babylone, de Ierusalem, Zedechia, Nabuchodonosore, Belshazzar, Cyro, & de pluribus alijs per Esaiam, Ieremiam, Ezechiel, Daniel, ceterisque Prophetas? Hæc pauca de veteri testamento: Nunc autem de novo, sunt aliqua brevia breueri proferenda. Quis ignorat promissiones, prædictiones & prophetias singularissimas de Iohanne præcursori, & de Domino Salvatore, atque de virginis gloriose? quis non audiuit aut legi illud Gabrieles Luc. primo, Vxor tua Elizabeth pareret tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannem, &c. eit magnus coram Domino, & vincit & ciceram non biber, &c. & illud Zacharie, Tu puer Propheta altissimi vocaberis, &c. & illud iterum Gabrieles, Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, hic erit Magnus, & reliqua gloria: & illud Elizabeth, Beata que credidisti, quoniam perficiuntur ea quæ dicta sunt tibi? & illud virginis gloria, Beata me dicent omnes generationes: & illud Simeonis, Ecce positus es hic in ruinam & in signum cui contradicetur, & tuum ipsius animam pertransibit gladius, Luc. 2. Aut quis ignorat quæ & qualia Christus se factum prædixerat, & passum? aut quomodo prædicti, quod Iudas eum traduceret, quod Petrus eum negaret, atque per martyrium sequeretur? & quod Iohannes, quem diligebat, si manceret donec ipse veniret, sicut Euangeliste contestantur? quod etiam Paulus portaret nomen suum coram Gentibus, & Regibus, & filiis Israëlis, & quan-

taeum oportuit pro nomine Christi pati , sicut historia Act. 9. docet? de quo & infra 21. A  
Agabus satis singulariter proprietatib[us] . Amplius autem non dubie, sed certissime affirmandum omnem veram proprietatem , sicut generanter prolatam, tuile intellectam, & predicantam salutem eo Spiritu Sancto, qui locutus est per Prophetas specialiter & distincte, immo singulariter & distinctoriter de illo vel de illis, de quo vel de quibus fuit, est, vel etiam impieca. Nam alias ignoranter, incerte, in vanum, & fatue loqueretur, quod uno breui exemplo sufficiens reputo confirmare: Beatus siquidem Petrus, Fratres, inquit, oportet impleti Scripturam, quam prædictis spiritis sanctis per os Davidis de Iuda, &c. Scriptum est enim in lib. Psalmorum. H[oc] commemorative, aut secundum literam veriorera, hat commemoratio eius deicta, & non sit qui inhabet in ea, & Episcopatum eius accipiat alijs. Act. 1. Hec autem in libro Psalmorum, Psalmo scilicet 108. erant generaliter prophetata; tantum ergo necessitatem prophetia generaliter, sicut & singulariter prophetata; & quicquid spiritus sanctus generaliter prophetauit, potuit & singulariter prophetatice. Hec ergo contra opinionem ingeniunam tertiam, & contra eius hypothesin prælibatas; Quapropter multum mirabile & quam admirabiliter admirandum videtur, quomodo viri gnari audent in tanta materia tantam suppositionem, tam dubiam, tam incertam, immo que tam probabiliter apparet falsa, & opposita eius vera, tam plane supponere, velut primum principium per se notum. Dignum namq[ue] videtur quod esset conclusio violentis rationibus demonstrata, non suppositio gratis sumpta; Et si quis eam probare voluerit, ponderet quæso fideliciter proprias ratiōnes, & contrarias

C A P. L.

*Respondet secundum sententiam Philosophorum & Theologorum,  
quod Deus vult & scit necessario, quicquid vult & scit nece-  
ssitate sequente immutabilitatis, immobilitatis, stabilitatis, &  
ordinati, non praecedente & simpliciter absoluta, non naturali,  
violenta, aut invita, non contraria, sed consentanea summae &  
maximae libertati.*



**N** Agister bone, Magister vniçe, Magister & Demine, qui me à iuuen-  
tute mea, qua te alpirante aggrediebar hoc opus, hactenus docuisti **V**  
omnia vera quæ didici, & quæ calamus tuus scipisci; etiam nunc emitt  
te piissime lucem tuam, ut qui me duxisti in profundissimam hanca-  
byllum, ipse me deducas in montem huius inaccessibilis veritatis; qui  
me duxisti in istud larissimum pelagus, duc ad portum; & qui me du-  
xisti in istud longissimum desertum & invium, dux, via, finisque pa-  
riter duc ad finem. O Domine scientiarum, qui habes clauem pueri  
abyssi, qui habes clavem scientie, qui habes clavem Davidis, qui aperis & nemo claudit,  
claudis & nemo aperit, qui solus es dignus accipere librum, & soluere eius signacula, ostend  
e quæso Doctorum doctrinæ, solutionem verbi tam perplexè ligati pueru tuo paratu ex-  
itum ignorantia. Nunc autem gratias ago tibi, serenissime Domine, qui petenti tribuisti,  
quærenti ostendisti, pulsanti aperuisti ostium pietatis, ostium claritatis, ostium veritatis.  
Iam enim te illuminante faciem tuam super seruum tuum. velor in quadam candore lucis **A**  
eternæ, & speculo sine macula maiestatis diuinæ, videor mihi videre illam esse solutio-  
nem rectissimam huius verbi, quam olim filiis arque discipulis suis charissimis, nostris ve-  
rò Paribus ac Magistris dignissimis, ostendere dignaberis: In ipsis namque amplior spi-  
ritu tuus erat, prudenter arque intelligentia, interpretatio somniorum, & ostensio secre-  
rum, ac solutio ligatorum. Hi autem necessitatem duplacen posuerunt, præcedente in-  
cicer, & sequentem, dixeruntque necesse esse Deum velle & scire, quicquid vult. & sic ne-  
cessitate sequente, sed nullatenus præcedente, sicut vigesimo octavo huius plenius recita-  
tur. Postro ut istud quam brevius & clarius Deus me docuerit, manifestem; Scendam quod  
in voluntate diuina ad extra, respectu scilicet volitorum posteriorum, non est necessitas

A [ antecedens, ] sed summa contingens ad vitrum liber, & summa libertas contradicitonis, qua maiorem cogitari non potest, sicut ex quarto huius, & ex undecima, & duodecima, ac decima tercia parte quinti huius apparet; Quædam tamen concomitans sive sequens necessitas est in ea. Nam sicut actum presentem voluntatis mutabilissimi hominis respectu cuiuscunq[ue] obiecti presentis, praeterti, vel futuri, sicut sit contingens & liber, etiam si secundum quorundam sententiam esset ita contingens & liber, sicut actus voluntatis diuinæ, nec efficieretur à Deo, sed à sola hominis libertate voluntate, quando est, necesse est esse hac necessitate sequente; sic & actum voluntatis diuinæ, qua immutabilis est omnino, sicut vigesimum tertium primi docet, necessitate, inquam, sequente presentiali, sicut ex secunda suppositione necessitatis sequentis Anselmi vigilimo octavo huius plenius est ostensum. Hoc idem ostendunt trigesimo huius tertij prælibata: Actus namque voluntatis diuinæ respectu rei presentis atque presentis est necessarius, quare & respectu futura; Non enim efficit nouerit necessitas ex presentia vel præteriori rei, nec ex aliquo extrinseco, vel intrinseco, sicut ibi fuit ostensum; est ergo æternaliter & semper necessarius ex sua propria & intrinseca firmitate, qua sicut generaliter omne quod est quando est necesse est esse; & specialiter; sicut actum presentem voluntatis angelicæ vel humanae respectu obiecti cuiuscunq[ue] differentia temporis, quando est necesse est esse; sic & actum presentem voluntatis diuinæ respectu cuiuscunq[ue] differentia temporalis dum est, necesse est esse. Hæc autem omnia possunt ad formam sylogisticam brevius sic reduci; Omnis voluntas immutabilis omnino intrinsece semper libera vel necessaria respectu cuiuscunq[ue] obiecti, semper est libera vel necessaria respectu illius voluntatis diuina est huiusmodi; vel sic, Omnis voluntas non necessibilis nō uiter ab extra nec ab intra, semper necessaria respectu alieuius voluti, semper est necessaria respectu illius; voluntas diuina est huiusmodi. Porro, ne in tam latebrosa & pericu-

**C**losa, tam superexcellenti & inuestigabili, tam clausa & signata materia ego tantillis ex umbratica phantasia proprii capitii quicquam videar [singulariter] somniare. Ecce sanissima capita, clarissima ingenia; Autores famosissimi, Doctores Catholici istam sententiam quidam explicitè, quidam implicitè concorditer proferentes. Hermes quidem triplex Trisagitus, & Pater Philosophorum de verbo eterno<sup>9</sup>. Placitum, inquit, Deinceps sitas sequitur, voluntatem comitatur effectus; & sequitur ratio <sup>10</sup> prius dicti; Neque enim credibile est Deo displicitum esse quid placuit, cum & futurum idemque placitum multo ante sciverit: huic quoque sententia conionant, alia eis dicta vigesimo septimo huius scripta. Annon & dicta necessitate sequente possunt exponi illa verba Platonis obscura 2.

**D**ominante intellectu & salubri persuasione rigorem necessitatis assidue trahente ad optimos  
Tim. 17. sic dicentis. Nunc quoniam cuncta; exceptis admodum paucis; executum est;  
qua proinde mentis intellectus instituit, oportet de istis etiam, qua necessitas invenitur, diceret  
mixta siquidem mundi sensibilis ex necessitatibus intelligentiaeque eternae constitutis generatione, do-

actus; Itaque vista & parente prouidis autoritatibus necessitate, primâ rerum mundique exordia constituntur. Verum est tamen quod virumque horum dictorum posset intelligi de necessitate efficaci in voluntate diuina 27. & 28. huius predicationis; sicut & multa ibi dicta possunt conuenienter intelligi de ista necessitate sequente. Necessest enim secundum 27. huius praemissa, & sicut praemissa dicta Platonis contestari videntur, ponebatur apud Grecos Philosophos vnum famosum principium entium, scio Deo, quod si quis expoferetur hoc modo, alii autem illo, quidam vero virtoque & omnes non male: Potest enim virtoq; modo conuenienter intelligi & exponi. Quos & imitatus magis Christi Philosopher Anselmus Cantuar. Archiepil. 2. Cur Deus homo 17. & de concordia 2. & 3. explicite & in terminis negat in Deo necessitatem precedentem, istam vero necessitatem sequentem alium & ostendit, sic ut se

E cundo membro distinctionis de necessitate sequente virginem oculum hunc pessima brevi-  
ter est ostensum: *verum ut tantu testimonium ianti viri plenius publicetur*; Ecce sic autem deni-  
que Virgo, quæ per fidem mundæ facta est, ut de illa posset assimi, nequaque credidit il-  
lum moriturum nisi quia velle, quemadmodum per Prophetam, qui de illo dixit: Oblatus  
est quia ipse voluit, didicerebat; Quapropter quoniam vera sunt fides eius, necesse erat ita fu-  
runt esse sicut credidit, quod sit etenim perturbat, quia dicere necesse erat, memorem, quia  
veritas fidei virginis non fuit causa ut ille moreretur, sed quia hoc futurum erat, vera fi-  
des fuit; *Quamobrem si dicitur*, necesse erat ut voluntate sua moreretur, quia vera sunt  
fides sive prophesia quæ de hac præcesserant, non est aliud quoniam sicut dicas necesse fuisse ita  
futurum esse, quoniam sic futurum erat; *Huiusmodi autem necessitas non cogit rem*  
*esse, sed esse res facit necessitatem esse*: *Est namque necessitas præcedens, quæ causa est*

Aristoteles.

Lincolniensis.

vt sit res, & eius necessitas sequens, quam res facit; Præcedens & efficiens necessitas est. A cum dicitur coelum volvi, quia necesse est ut volvatur; sequens vero & quæ nihil efficit, sed fit, est cum dico te ex necessitate loqui, quia loqueris. Cum enim hoc dico, significo nihil posse facere ut dum loqueris non loqueris, non quod aliquid tecogat ad loquendum; Nam violentia naturalis, conditionis, cogit eodem volvi, & vero nulla necessitas facit loqui; sed ubique est præcedens necessitas, est & sequens. Non autem ubi sequens, ibi statim & præcedens. Possumus namque dicere, necesse est eodem volvi quia voluntur, sed non similiter est verum, idcirco te loqui quia necesse est ut loqueris. Ita sequens necessitas currit per omnia tempora hoc modo. Quicquid fuit, necesse est fuisse, quicquid est, necesse est esse, & necesse est futurum fuisse; & quicquid futurum est, necesse est futurum esse. Hæc est illa necessitas, quæ, ubi tractat Aristoteles de propositionibus singularibus & futuris, videtur virtumlibet destruere, & omnia ex necessitate esse astruere has sequenti & nihil efficiunt necessitate, quoniam vera fuit fides & propriae de Christo, quia ex voluntate, non ex necessitate moriturus erat, necesse fuit ut sic esset, hacten factus est, hac fecit & passus est quæcumque fecit & passus est, hac volvit quæcumque volunt. Ideo enim necessitate fuerunt, quia futura erant, & futura erant quia fuerunt, & furentur quia fuerunt; & si vis omnium quæ fecit & passus est scire veram necessitatem, scito omnia ex necessitate fuisse, quia ipse voluit voluntatem vero eius nulla praecelsit necessitas; quare si non fuerunt nisi quia ipse voluit, si non voluisset non fuisset: sic itaque nemo tulit animam eius ab illo, sed ipse posuit eam, & iterum sumpsit eam, quia possestatem habuit poneendi animam suam, & iterum sumendi eam, sicut ipse dicit. Ecce quod iuxta præmissa ponit similem necessitatem sequentem in actibus Dei intrinsecis respectu futurorum, sicut & in humanis intrinsecis & extrinsecis, puta in fide & mundatione virginis, in prophetia & locutione hominis dum præsentialiter loquitur, qualiter & ponit Aristoteles. 1. peri heresias vlt. inseparabiliter consequi omnia, quæ scilicet omnia quod est, quando est, necesse est esse, sicut C vicetimo octauo huius plenus dicebatur. Hanc eandem necessitatem cum eadem causa ac similitudine ad actus humanos ostendunt pianoissime autoritates euidem De concord. 2. & 3. sicut vicecimo: iepitimo & vicecimo octauo huius plenus est ostensum. Hunc autem Archiepiscopum humiliter sequitur suis deuotis Suffraganus, subtilissimus Philosophus & profundissimus Theologus, Robertus Lincolniensis Episcopus, de libero arbitrio 3. necessitatem præcedentem explicitè negans in Deo, istam vero, sequentem concedens, sicut in terra expositione Boetij vicecimo octauo huius præmissa sub brevibus rangebar: Veruntamen quia tantum testimonium nos est sub hecibus angustandum, ecce diffusus verba sua. Voleans quippe contingit, sicut cum necessitate salvare, modo & offendere ex necessitatibus sequi contingens, sic & duplex est necessitas, sicut distinguunt Anselmus in libro secundo, Cur Deus homo, cap. 17. Vna, quam vocat necessitatem præcedentem, quæ causa est ut res sit, & cogit rem esse; altera, quam vocat necessitatem sequentem, quæ non est causa rei nec cogit rem esse, & hæc, ut ipse dicit, est illa necessitas, quæ, ubi tractat Aristoteles de propositionibus singularibus & futuris, videtur virtumlibet destruere, & omnia ex necessitate astruere; hac sequente & nihil efficiunt necessitate, necessarium est Deum scire meam sessionem cras futuram, & similia; non est enim in Deo necessitas, cum omnia sint in ipso voluntaria, nec est aliud in ipso necessitas, quæ sit voluntatis voluntarie perseverans inflexibilitas; ex necessitate hæc sequente necessitate nullum inconveniens, modo magis necessarium videtur sequi contingens. Dum enim sedeo, necesse est me sedere, & postquam sedi, necesse est me sedisse; sed quam comparationem habent hæc circa me sedere, & me sedisse ad meam sessionem dum sedeo & postquam sedi, eandem comparationem habet scientia Dei ad meam sessionem futuram, etiamque sedem; ipse enim scit futura tanquam præterita, nec aliter, sicut ea cum sunt futura, & cum sunt præsentia, vel præterita; ergo omni simili modo quo necesse est Deum scire res cum sint, vel præterita sint, necesse est cum scire eisdem antequam sint; sed cum E res sint, vel præterita sint, habet eius scientia necessitatem consequentem, ergo & eandem habet antequam res euidentur, & sicut posito per impossibile, quod hoc dictum, me sedisse, eandem quam habet necessitatem postquam sedi, habet ante meam sessionem, illa necessitas non cogit meam sessionem esse, sed tamen ex illa necessitate sequeretur mea sessio contingens; sicut ex necessitate scientie Dei sequitur futurum contingens: Per hoc idem videbant posse soli oppositiones que exverteat dictum futuro videtur destruere virtumliber, & liberum arbitrium. Si enim sum securus cras, me esse vel fuisse securum sine principio fuit verum, nec potest non fuisse verum, quia veritas quæ sine principio dicto huic infiniti.

A insuitz non potest non insuisse; necesse est ergo fuisse & esse verum; & ex hoc necessariò sequitur mea sessio adhuc contingens. Has duas necessitates, ex quarum altera non sequitur, nullam necessarium, ex reliqua vero, ut dictum est, videtur sequi contingens, prout Boetium vocasse necessitatem simplicem, & necessitatem conditionis, licet aliqui necessitatem conditionis intelligent, non illam, quæ supra dicta est necessitas sequens, sed necessitatem consecutionis, consequentis ad antecedens; ut puta cum dicitur, Si homo currit, mouet pedes, hic est necessitas consecutionis consequentis ad antecedens, licet utrumque, scilicet tam consequens quam antecedens, sit contingens: Ex verbis autem ipsius Boetij interius consideratus melius perpendi potest, ipsum vocasse necessitatem conditionis, quam supra necessitatem sequentem dicebamus. Ait namque idem futurum, cum ad diuinam notitiam referatur, necessarium: cum verò in sua natura perpendit, liberum profutus atque absolutum videtur: & post pauca, Atqui Deus ea futura, quæ ex arbitrio libertate proueniunt, præsentia conuenient; Hæc igitur ad inuitum relata diuinum, necessaria sunt per conditionem diuinæ notitiae, per se autem considerata absoluta natura sua libertatem non deserunt: & iterum, Hæc si ad diuinam notitiam referantur, necessaria, si per se considerant, necessitas esse nebulis absoluta. Quid autem aliud sapientiae verba, nulli ea, quæ in sua natura sunt ad virtumlibet contingencia, flexibilia, & mutabilia, in Dei notitia esse invariabilia non propter rerum invariabilitatem, sed propter scientiam immutabilitatem; & Deum scire hoc esse est inflexible & immutabile ab ea quam habet veritatem: & ita cum ex hoc invariabili, Deum scire, hoc contingens sequatur, esse hoc contingens ex necessario; secundum Boetij sententiam sequi videtur contingens, non tamen ex necessario abfolite, sive antecedente quod cogit rem esse, sed ex necessario conditionis & sequente, quod permittit ei liberum esse. Ecce quomodo attestatur sextam veritatem: quinto huius præmissam; ecce & quātus proficitur trigesimo & trigesimo primo huius ostensi, Deum videlicet non aliter intrinsecè scire quicquam quando est futurum, quām quando est præsens sive præteritum, sed omni modo similiter, tempore faciliter necessariò hæc necessitate sequente; quare & de Deum velle quocunque primò futurum, deinde præsens, & tandem præteritum, idem haud dubie vult dicere consequenter. Idem rursus infra codem quintum, Deus, inquit, omnia scit, unico induisibili, simplici conspectu & eternali temporis, similiter, immutabiliter; Quapropter quod scit non potest in posterum necire, quod etiam plurimis modis probari potest. Propter enim ex iam dictis, quod quam comparationem habent hæc dicta, Me sedere & Me sedisse, ad meam sessionem eum sedeo, postquam sedi, eandem comparationem habet scientia Dei ad meam sessionem cras futuram antequam sedeo: Ipse enim scit futura tanquam præsentia, nec aliter scit ea cum sunt futura, & cum sunt præsentia vel præterita; ergo omni codem modo, quo necesse est Deum scire res cum sunt, vel cum præterita sunt, necesse est cum scire easdem antequam sint: Sed cum res sunt vel præterita sunt, habet eius scientia necessitatem consequentem; ergo & eandem necessitatem habet antequam res euidentur. Item posito per impossibile, quod cursus Socratis futuras cras ester nunq[ue] præsentia in viliu meo corporali omnium codem modo, quo erit crassilius cursus præsens in viliu meo, sicut cras erit necessarium me videre vel viduisse Socratem currentem; sic modò ester necessarium antequam Socrates curreret. Sed multo magis sunt omnia futura præsentialiter in conspectu Dei, quām possit aliqua res præsens esse præsentialiter in conspectu meo; Multo ergo fortius Deus necessariò vider & sci omnia futura. Ecce & quomodo hæc & supra iuxta præmissam supponit cum Anselmo adum cognitionis diuinæ respectu cuiuscunque futuri esse ita necessarium, imo magis necessarium hæc necessitate sequente, sicut adum cognitionis humanæ respectu præsens, sicut etiam actum eius extrinsecum, veluti sessione præsente. Adiutorias etiam supplico, causam Doctoris hæc & supra: Ipse enim inquit, scit futura tanquam præsentia; Quid namque pretendit hæc causa, nisi quod causa Aristotelis, & Anselmi, scilicet quod est, quando est, necesse est hac necessitate sequente, ideoque Deus sic necessariò scit futura. Eandem quoque necessitatem sequentem licet non ita explicite, eandem quoque causam necessitatis ipsius cum eadem assimilatione actus diuini ad humanum, puta ad gressum præterit, ita explicitè ostendit Boetius humanus Philosophus & diuinus s. de consolatione Philosophiz, prosa vlt. sicut 28<sup>th</sup>. huius, & prima authortas Lincolniensis præmissa plenius manifestant. Huius & digna vestigia tam in hac necessitate, quam in causa eius ac assimilatione præmissa plenius sequitur sanctus Thomas super I. sentent. dist. 38. quæstione quinta, querens.

te, Virum scientia Dei sit contingentium; vbi & quarto loco ad partem negatiuam facit huiusmodi argumentum. Deus scit vel praescit Socratem cursorum; ergo Socrates currit, & Antecedens est necessarium, ergo consequens: ad quod & recitat duas responsones, quarum utraque concordat principali hypothesi superius pertractata: quarum prima dicit hanc non esse necessariam, Deus praescit vel praescivit Socratem currere, vel hoc esse praescitur a Deo, quamvis sit verum de praeterito, quia dependet a futuro: Alia vero ponit Deum prouinc posse non scire quod vocat se, & haec, vt dicit, videtur esse magistri in litera; & restabat hanc etiam, vnde sic ait, Ad quartum dicendum, quod ad hoc argumentum multipliciter responderetur. Quidam enim dicunt, quod hoc antecedens, scilicet hoc est praescitum a Deo, non est necessarium; & si obiectatur, quod dictum est de praeterito, ergo est necessarium: Respondent quod habet instantiam in praeteritis quae dicunt respectum ad futurum. Vnde cum dicitur hoc fuisse futurum, quamvis sit dictum de praeterito, tamen quia dependet a futuro, non est necessarium; quia quod fuit quandoque futurum, potest non esse futurum, quia futurus oquidem incedere non potest, vt dicitur in 2. de generatione. Sed instantia ista nulla est, quia quamvis quod fuit futurum possit non esse futurum, impeditis causis, quae erant determinatae ad effectum, vt in tria parte; non tamen potest non fuisse futurum: Semper enim erit verum dicere, Hoc quandoque fuit futurum; similiter non est ad propositum, quia cum dicitur, praescitum, non importatur tantum ordo ad futurum, sed etiam actus quidam qui significatur ut praeteritus: E ideo aij dicunt, sicut videtur Magister dicere in litera, quod hoc antecedens non est necessarium, quia praescitum; quamvis secundum vocem significet tempus praeteritum, tamen significat actum diuinum cui non accidit praeteritio: E ideo sicut Deus potest non scire, ita potest non praescire. Sed illud etiam non soluit, quia quamvis Deus diuinus non habet necessitatem coactionis, habet tamen necessitatem immobilitatis loquendo de actibus intinsecis, ut velle intelligere, & huiusmodi: Vnde non est contingens **non esse**, si ponatur esse; & quia consequens \* non potest ponit non esse, quia etiam antecedens ponatur non esse; consequens etiam non potest ponit non esse] Sed hoc certum est quod antecedens potest ponit esse; verum est enim determinare Deum aliquid futurum nunc scire, & ita sequitur quod consequens non possit ponit non esse etiam absolute sumptum, & multo minus quod possit contingere non esse. Videas supplico quam expressè ponit hanc necessitatem sequentem in actibus Dei intinsecis, vocans eam necessitatem immobilitatis, quia non est contingens actum non esse; Videas adhuc expressius, cum propriam responsonem subiungit, Ec ideo, inquietus, alter dicendum, quod antecedens est necessarium absolute, tum ex immobilitate actus, tum etiam ex ordine ad secutum; quia ista res non ponit subiacere divina scientia, nisi dum est in actu secundum quod determinationem haberet, & certitudinem: Ipsum enim necesse est esse dum est, & ideo similis necessitas inferenda est in consequente, vt sciaret accipiat ipsum, quod est, Socratem currere secundum quod est in actu, & sic **D**eterminationem & necessitatem haberet. Vnde patet, quod si sumatur Socratem currere secundum hoc quod ex antecedente sequitur, necessitatem habet; Non enim sequitur ex antecedente, nisi secundum quod substat divina scientia cui subiectum, prout consideratur praesentialiter in suo esse actuali. Vnde sic etiam secundum est consequens, quomodo patet quod consequens necessarium est: necesse est enim Socratem currere dum currit; Ecce clarissime predicta necessitas cum causa superioris signata, & istam sententiam tener expresse per multis distinctiones & questiones de scientia, prouidentia, ac prædestinatione Dei sequentes. Quia & prima parte summa, questione decima quarta, articulo 13. quo queritur, Vtrum scientia Dei sit futurorum contingentium, & arguto secundo quod non, quia omnis conditionalis cuius antecedens est necessarium absolute, consequens est necessarium absolute; Sed huius conditionalis, Si Deus scivit hoc esse futurum, hoc erit, Antecedens est necessarium absolute, tum quia est eternum, tum quia significatur ut praesitum; ponit primam duarum responsonum priorum, & ipsam reprobatur in hac verba. Ad secundum dicendum quod quidam dicunt quod hoc antecedens, Deus scivit, non est necessarium, sed contingens, quia licet sit praeteritum, tamen quia est contingens importat respectum ad contingens futurum. Sed hoc non tollit ei necessitatem, quia id habuit respectum ad futurum, necesse est habuisse, licet etiam futurum animal non sequatur quodque: Vbi & infra secundum sententiam propriam sic responderet; Vnde dicendum est quod hoc antecedens est necessarium absolute, & rata ambiguitate, Nunquid etiam consequens sit necessarium absolute subiungit, Dicendum est quod quando in antecedente ponitur aliquid **E**actum animae pertinens, consequens accipientum est, non solum secundum quod in se est, sed

A sed secundum quod est in anima: Aliud enim est esse rei in seipso, & esse rei in anima; vt puta si dicam, Si anima intelligit aliquid, illud est immaterial secundum quod est in intellectu, non secundum quod est in seipso: Et similiter si dicam, Si Deus scivit aliquid, illud est; consequens intelligentum est, prout est in sua præsorialitate, & sic necessarium est, sicut & antecedens, quia esse quod est, quando est, necesse est, vt dicitur in primo peri hermenias. Nec debet quenquam mouere quod dicit, Deum hoc futurum præscire esse necessarium absolute: Poet enim ad præpositum rationabiliter accipi necessitas absolute, prout necessitati conditio nali opponitur, que **II** 48<sup>a</sup>. huius fuerat reprobata, scilicet pro necessitate sequente prædicta, qua sine conditione quacunque, Omne quod nunc est pro nunc necesse est esse. Alter autem accipitur necessitas absolute pro necessitate simpliciter, cuius oppositum formaliter contradictionem includit; & sic loquitur infra eiusdem particulari **19<sup>a</sup>**. quæstionis 3<sup>a</sup>. querente, Vtrum, quicquid Deus vult, ex necessitate velit; vbi & respondendo, necessitatem sequentem conformat sic dicens. Dicendum quod aliquid dicitur necessarium dupliciter, scilicet absolute & ex suppositione. Necessarium absolute iudicatur aliquid ex habituinde terminorum, vtpote quia prædicatum est in definitione subiecti, sicut necessarium est hominem esse animal: vel quia subiectum est de ratione prædicati, sicut hoc est necessarium numerum esse parentem vel imparem; sic autem non est necessarium Socratem federe; vnde non est necessarium absolute, sed potest dici necessarium ex suppositione: Supposito enim quod sedeat, necesse est eum federe dum fedet: Sic & Deus ex necessitate absolute vult se, & bonitatem suam, alia vero a se non est necessarium ab solutè eum velle, est tamen necessarium ex suppositione: Supposito enim quod velit non potest non velle, quia non potest voluntas eius mutari. Idem in questionibus de veritate part. **13**, quæst. 4<sup>a</sup>. querente, Vtrum Deus de necessitate velit quicquid vult, Responderet, quod finem scilicet seipsum vult necessariò, alia vero nequaquam; vbi & respondendo ad primum argumentum sic ait, Ad primum dicendum, quod aliquid dicitur necessarium dupliciter, vno modo absolute, alio modo ex suppositione: Absolutè quidem dicitur necessarium, proprie habituinem necessarium ad invicem terminorum, qui in aliqua propositione ponuntur, sicut Hominem esse animal, vel Omne totum esse maius sua parte, aut aliqua huiusmodi; Necessarium vero ex suppositione est quod non est necessarium ex se, sed solammodo posito alio, sicut Socratem cūcurrisse; Socrates enim, quantum est de se, non se haberet ad hoc magis quam ad eius oppositum; sed facta suppositione quod cūcurreret, impossibile est cum non cūcurreret: Sic ergo dico quod Deus velle aliquid in creaturis, vtpote Petrum saluari, non est necessarium absolute, eo quod voluntas diuina non habet ad hoc necessarium ordinem, vt ex dictis patet; sed facta suppositione, quod Deus illud vellet vel volauerit, impossibile est non voluisse, vel non velle, eo quod voluntas eius est immutabilis; Vnde huiusmodi necessitas apud Theologos vocatur necessitas immutabilitatis. Vbi & infra respondens ad quartum, Dicendum, inquit, quod **D** Deum velle aliquid vel voluisse postquam vult vel voluit, est necesse ex suppositione, non autem absolute, sicut & Socratem cūcurrisse postquam cūcurreret; & similiter de creatione & de quolibet a tu diuina voluntatis, qui terminatur ad aliquid exterius. Ex his autem fatis appetit quod ad modum loquendi Doctorum Parisiensium, Illa dicitur necessitas ex suppositione, que ad modum loquendi Boetij & Anselmi dicitur necessitas conditionis & sequens in sensu præmisso, sicut **28<sup>a</sup>**. breuiter erat tactum; Verum vt istud parumper diffusius & clarius patet, sciendum quod iste modus loquendi, Necessarium ex suppositione seu ex hypothesi, bonum, melius, optimum, eligibile, eligibilius, eligibilissimum ex suppositione seu ex hypothesi, & ita de aliis, originaliter est Græcorum. Secundum quem modum loquitur Aristoteles Græcius Philosophus 4. Eth. vlt. 7. Polit. 12. & 4. Polit. 3. & Theophilus parabolam dñlio dissipatore seu prodigo Luc. 15. exponens: Neque putandum Græcos Philosophos qui sapientiam amauerunt & sapientiam querierunt, & tantam sapientiam inuenierunt, tam in spide sapuisse aut locutus fuisse, cum dicentes hoc est necessarium, bonum, melius, vel optimum, eligibile, eligibilius, aut eligibilissimum ex suppositione sive ex hypothesi, vt tantum intellegenter isto modo; Hæc conditionalis est necessaria, bona, melior, vel optima, eligibilis, eligibilius, aut eligibilissima, Si A est, B est; Si quis turpia operetur, bonum est vt verecundia confundatur: Si ciues talis conditionis existant, talis politia melior & eligibilior erit eis; si alterius, altera. Quid enim hoc magnum ad ethicam aut politicam disciplinam? Imò secundum logicam methodum subtilius intuendo clare videbitur hæc differre: Conditionalis enim nihil ponit, quare & nihil supponit; quid est enim supponere, nisi sub alto ponere? Constat enim quod conditionalis huiusmodi, Si homo currit, homo mouetur, non ponit nec supponit hominem currere, sed sive currat, sive non currat, conditionalis est sem-

semper bona & vera; Nec moueat quod inter puerilia rudimenta conditionis hypothetica, id A est, suppositione seu suppositio ita propositione nuncupatur; Sed enim pueriliter & ruditer sic vocatur, nisi fortassis hypothesis habeat aliam significationem in grato; Verutamen apud Graecos autores non memini conditionaliter propositionem hypotheticam nec hypothesis appellari; Omnis autem suppositione aliquid supponit, quare & ponit, quia propter & hypothesis; Quod enim hypothesis sonat grato, nisi suppositione latine? Quapropter & Philof. Polit. 12 ostendens optimam politiam esse secundum quam civitas optimè politizabit, & maximè felicitati coningit, & felicitatem esse operationem & sum virtutis perfectum, & hanc non ex suppositione, sed simpliciter, desiguntque Ex suppositione, sic ait, Dico autem ex suppositione, quia necessaria; Simpliciter autem quod bene, puta quia quidem circa iustas actiones sententia, supplicia, punitiones a virtute quidem sunt; necessaria autem, & quod bene necessario habent; eligibilis quidem enim nullo calum indigere, nec virum, nec civitatem: quia autem ad honores & abundarias simpliciter sunt optimæ electiones. Alterum quidem enim mali B cuiusdam electio est, tales autem electiones est contratio; Preparationes enim bonorum sunt & generationes. Vtetur autem, utique studiosus vir, & paupertate & rigoridine, & alijs \* fortunis bene, sed quod <sup>“</sup> beatum in contrariis est: hoc etenim determinatum est secundum morales sermones, <sup>“</sup> quod talis est studiosus, cui per virtutem bona sunt simpliciter bona. Simili quoque modo loquuntur. 4. polit. 3. de politia non simpliciter, sed ad hypothesis maiore. Unde & Theophilus vbi prius, Pharisaeorum, inquit, intentionem corrigit Dominus per praesentem parabolam, quos ex hypothesi nominat iustos, quasi diceret, <sup>“</sup> Ita vero vere iustos esse, nec transgressos aliquod mandatorum; Nunquid igitur proprie hoc non oportet admittere a flagitiis redemptos? Respicendo igitur verba & mentem Gracorum, & Doctorum Parisiensium, qui in hac parte Gracias glossas optimas arbitrantur, & propterea forsitan imitantur, cum dicunt Deum veile quicquam ad extra vel scire esse necessarium ex suppositione. Non duto ipsos intelligere tantum necessitatem conditionalis huiusmodi aut consequenter talis. C Si Deus vult aut sic hoc est aut fore, hoc est aut erit, sicut ex his praemissis, & 28. huius appetat, sed necessitatem ex conditione & sequentem praeditam. Postea namque inesse, & quasi pro fundamento seu radice supposito quoconque velle seu scire in Deo, statim ex ipso quodammodo pullula & confusus necessitas ista sequens, sicut & ad aliam rem praedictam quamcumque positam suppositam in esse, apponitur & quodammodo supponitur ista sequens necessitas consequenter, quia quicquid est dum est, necesse est esse; Et hinc sententia consonant precedentia verba Thomæ, qui & 1. contra Gentiles 8.3. ita dicit; Ex his autem haberi potest, quod licet Deus circa causata nihil necessariò velit absolutè, vult tamen aliquid necessariò ex conditione vel suppositione: Ostensum est autem diuinam voluntatem immutabilitate esse; in quolibet autem immutabilis si semel est aliquid, non potest postmodum non esse: hoc enim moueri dicimus quod alter se habet nunc & prius; Si igitur diuina voluntas est immutabilis, posito quod aliquid velit, necesse est ex suppositione cum hoc velle. D Item omne eternum est necessarium, Deum autem velle aliquid cauatum est, est eternum; sicut enim esse suum, ita & velle eternitate mensuratur; Est ergo necessarium, sed non absolute consideratum, quia voluntas Dei non habet necessitatem habitudinem ad hoc voluntum; est ergo necessarium ex suppositione. Præterea quicquid Deus potuit, potest; Vixit enim eius non minuitur, sicut nec essentia; sed non potest nunc non velle quod ponitur voluisse, quia non potest mutari sua voluntas; ergo nunquam potuit non velle quicquid voluit; ergo est necessarium ex suppositione cum voluisse quicquid veluit, sicut & velle; neutrum autem necessarium absolutes, sed possibile modo prædictio; Ecce quomodo per rationes 30. huius licet breviter multum tactas ostendit hanc necessitatem sequentem in voluntate diuina; quia videlicet quicquid Deus nunquam prius potuit velle aut nolle, nunc potest, & quicquid nunquam non potest, nec potuit nunquam prius. Qui etiam super 1. sentent. distinctione & questione prædictis, invenitis similiter rationibus 3.1. huius, hanc necessitatem in scientia Dei ostendit; E Unde sic ait, Dico ergo quod intellectus diuinus intetur ab eterno vnumquodque contingentium, non solum prout est in causis suis, sed prout est in esse suo determinato; Nisi enim hoc esset, cum re existente ipsius rem videat prout in esse suo determinato est, aliter cognoscet rem quando est, quam antequam fiat, & sic euennibz rerum aliquid accresceret eius cognitioni; Unde & infert subsequenter necessitatem sequentem in Dei scientia; sicut superioris recitat. Qui & 1. contra Gentiles 67. similem necessitatem in scientia Dei ponens, sicut ait: Ex his autem iam aliquanter patere potest, quod contingentium singulatum ab eterno Deus inessibilem scientiam habuit, nec tamē contingentia esse desistunt; Contingens enim certitudini cognitionis non repugnat, nisi secundum quod futurum est, non autem secundum quod

A quod praesens est; contingens enim cum futurum est, potest non esse; & sic cognitionis certitudinis ipsum futurum esse, talis potest; fallitur enim si non erit quod futurum esse, & si non erit ex quo autem praesens est, pro illo tempore non potest non esse, potest autem in futurum non esse. Sed hoc non iam pertinet ad contingens, prout est praesens, sed prout futurum est, unde nihil certitudini sensus deperit, cum video certe hominem, quamvis hoc dictum sit contingens; omnis igitur cognitionis, qua supra contingens futurum, prout praesens est, certa esse potest: diuini autem intellectus intuitus ab eterno futurum in unumquodque; corum que temporis cursu peraguntur, prout praesens est, ut supra ostensum est; relinquitur igitur quod de contingentiis apud nos futurum, sic semper praesens est Deo, sicut, quando praesentialiter venierit, erit nobis, sicut & alia contingentia nunc sunt nebris, & sic quod apud eum non potest non esse, sicut B contingentia apud nos praesentia nunc non possunt. Vbi & immediatè subiungit, Item contingens à necessario distiri secundum quod vnumquodque in sua causa est; contingens enim sic in sua causa est, ut non esse ex ea possit & esse; necessariū autem non potest ex sua causa nisi esse; secundum id verò quod vtrum, horū in se est non distiri quantū ad esse supra quod fundatur, quia in contingentia secundum quod in se est non est esse & non esse, sed solum esse, licet ut futurū contingens possit non esse: Divinus autem intellectus ab eterno cognoscit res, non solum secundū esse quod habent in causis suis, sed secundū etiam esse quod habent in seipsis: nihil igitur prohibet ipsum habere eternā cognitionē de contingentiis & infallibilem. Ecce quod sicut contingens & necessariū apud nos nunc etiam, non differt in essendo, & in necessitate sequente essendi, sic & eternaliter apud Deum. Entra, Effectum exceedere causam tam non contingit, interdum tamen ab ea deficit; vnde cum in nobis cognitione causarum ex rebus, contingit interdum, quia necessaria sunt, non per modum necessitatis cognoscimus, sed probabilitatis; sicut autem apud nos res sunt causa cognitionis, ita diuina cognitione est causa rerum cognitionis, non igitur prohibet ea in se contingencia esse, de quibus Deus necessariam scientiam habet. Qui & infra supponens quod effectus dicitur necessarius vel contingens à causa proxima, non remora, subiungit; Scientia autem Dei, est in causa rerum scientiarum per ipsam, est tamen causa remota; eius igitur necessitatis etiorum contingentia non repugnat, cum contingat causas intermedias contingentia esse. Et infra præterea, si vnumquodque à Deo cognoscitur sicut praesentialiter visum, sic necessarium est esse quod Deus cognoscit, sicut necessarium est Socratem sedere ex hoc quod sedere videtur; hoc autem non necessarium est absolute; concedit igitur Doctor in talibus necessitatibus sequentem praedictam, & negat necessitatem tantummodo absolute, sicut & 28. huius plenius monstrabatur. Hanc etiam necessitatem sequentem videtur concedere Williamus de Auvernia in suo Tripartito parte ultima capit. 10. assertens sicut Thomas in Deo necessariam stabilitatem & immutabilitatem, qua necessitatem est cum esse quicquid est, & agere bene semper, sicut in ostensione corollarij primi huius plenius recitat. Istam quoque necessitatem stabilitatis, immutabilitatis, & immobilitatis horum Doctorum, quare & necessitatem sequentem praedictam maiores Doctores & Autores insinuant & affirmant. Dicit etenim Elias, imo Dominus per os eius, Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fieri, Es. 46. Sed quomodo stabit? Firmabit, an infirmabit? Proculdubio quicunque dixerit quod in infirmabit, est infirmus. Cuius namque consilium stabit firmum, si omnium fundamenta firmissimi non sit firmum. Non sicut sicut Apostolus, iocuens, Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, Non Dominus qui sunt eius, 2. ad Tim. 2. Cur, queso, dixit Apostolus, Firmum fundamentum Dei stat, si infirmissime sit, imo incomparabiliter infirmis infirmissima & invariabiliter recreari. Nam quamlibet rem creatam nunc stantem necesse est nunc stare hac necessitate sequente; quare si consilium & præscientia, ac prædestination fundamentalis diuina quia nunc stat, potest ser pro nunc non stare, staret infirmus invariabiliter creatura. Hoc etiam verbum, stare, dicitur de Deo firmitatem & immutabilitatem designat; vide & Augustinus 1. Confess. 6. Apud te Deus, inquit, rerum omnium instabilium, stant causa; & rerum omnium immutabilium, immutabiles manent origines, & omnium irrationalium & temporalium sempiternæ viuunt rationes. Qui & 3. super Genesim ad literam 18. Ipsius inquit, Deus non alio modo innovuisse creatas cum ea fecisset, quam illo modo quo ex nouerat ut faceret, apud quem non est committatio; nec momenti obumbratio, sed simpliciter invariabiliter modo novit omnia stabiliter atque incommutabiliter. Cur etiam præscientiam & prædestinationem Dei seu ipsos prædestinatos fundamento, imo & firmo fundamenta comparauit Apostolus, si nulla sit ibi necessitatis firmitas, sed infirmitas maxima, & maior quam in aliqua re labente, continuè & fluente, cum in quaunque re tali sit necessitas.

Philosophus.

Augustinus.

Psalms.

fundavit.

Augustinus.

Apostoli.

Glossa.

Numeri.

Psalms.

Cassiodorus.

Augustinus.

necessitas sequens firma? Ester enim infirmum & debile fundatum tam facile defec-  
rum, ut nunc & prouinc possit deficere & non esse, esset incomparabiliter infirmius &  
debilis fundatum debilissimum naturali, quod non sic potest. Magis autem videtur quod  
per hanc locutionem transumptam, quia praetentiam Dei, seu predestinatos nominat fun-  
damentum, quod est firmissimum & immobilitatum omnium, firmitatem & immobilia-  
tem similem intellexit. Nam sicut dicit Philosophus 6. Top. Translato facit notum quo-  
dammodo quod significatum est per similitudinem; omnes enim transferentes, secundum  
aliquam similitudinem transferunt: Quamobrem Gloria dicit, Firmum fundatum Dei  
stat, id est, Illi, quos Deus elegit, & immobiliter in fide fundavit, sicut & viceversum septi-  
mum huius pleiorum ostendebat. Vnde & Augustinus super illud Psalmi secundi, Firmavit  
orbem terræ, qui non commouebitur. Est, inquit, orbis terrarum immobilis, qui est, boni  
qui stabiles sunt in fide. Firmum enim fundatum Dei stat, habens signaculum hoc, No-  
vit Dominus qui sunt eius; iste est orbis terrarum qui non commouebitur; est & orbis terra-  
rum mobilis, qui est malum. Hanc etiam firmitatem innuit frequentes Psalmita sub meta-  
phora fundamenti, vnde Psalmus 8. Videbo ccelos tuos opera digitorum tuorum, lumina &  
stellas quæ tu fundasti. Super quod Damascenus in sententijs suis 21. agens de Planetis, sic  
auit; Currunt suum cursum incessabilem, quem conditor statuit eis, & quemadmodum fun-  
davit eos, ut ait Dominus David, Lunam & stellas quæ tu fundasti. Quia enim dixit, fundasti,  
significavit stabilitatem & immutabilitatem à Deo dati eis ordinis & constructionis. Et infra  
Psalmus 23. Ipse super maria fundavit eum, scilicet orbem terrarum, id est, Ecclesiam secun-  
dum Augustinum, qui exponendo quomodo ipse super maria eam fundavit, subiungit, Ipse  
firmissime stabiuit eam super omnes fluctus & culi huius, ut ab ea superarentur. Et inferius  
Psalmus 118. In generatione, & generatione veritas tua, fundasti terram & permanet. Super  
quod Augustinus per generationem & generationem omnes generationes intelligens, sic  
subiungit; Cur autem nūquam etiam illis generationibus veritas desit, velut apertens cau-  
sal, Fundasti, inquit, terram & permanet, eos quia terra sunt, terram nuncupans; funda-  
mentum autem aliud necro potest ponere, prater id quod positum est, quod est Christus Ies-  
sus. Hanc etiam firmissimam firmitatem sub eadem metaphora innuit Esaias 28. Imò Do-  
minus per Esaiam sic dicens, Ecce ego mittam in fundamentum Sion lapidem angularem  
probatum, pretiosum, in fundamento fundatum: quam & lapis iste olim ad nos missus con-  
fitemans, Omnis, inquit, qui audit verba mea hæc, & facit ea, similabitur viro sapienti, qui  
& dicitur domum suam supra petram, & descendit pluia, & venerunt flumina, & flauerunt  
veni, & irruerunt in dominum illam, & non cecidit; fundata enim erat supra petram, Matt. 7.  
Super quod Chrysostomus, Sicut, inquit, Ecclesia adiuncta à Christo diei non potest, sic  
talem Christianum, qui se adiunctus super Christum, nulla aduersitas dei ciceroprest. Nec  
est contrarium quod quidam de Ecclesia cadunt; non enim omnes qui Christiani dicuntur,  
Christi sunt, sed nouit Dominus qui sunt eius. Hanc igitur necessitatem stabilitatis, immo-  
bilitatis, & immutabilitatis, atque sequentem reor intellectisse Apostolum, cum dicebat, Fir-  
mum fundatum Dei stat, nouit Dominus qui sunt eius, & Dominum per Esiam dicen-  
tem, Consilium meum habebit: huiusmodi etiam stabilitatem immobilem diuini consilij in-  
dit David dicens, Consilium autem Domini in æternum manet, cogitationes cordis eius in  
generatione & generationem, Psalmus 32. Glossa, id est, non mutabiles sed æternæ, sicut &  
predestinationis eius immutabilis est, in qua omnia repota sunt: vbi & Augustinus tractauit  
primo. Cogitationes lapientiae eius non sunt mutabiles, sed manentes in laculum & culi.  
Quæ & plausibiliter docens Apostolus ad Heb. 6. Voiens, inquit, Deus ostendit posse itati-  
onis heredibus immobilitatem consilij sui, interpositi iuriandum, ut per duas res immo-  
biles, quibus impossibile est mentiri Deum, firmissimum solitum habemus, qui confugi-  
mus ad tenetam propositam spem, quam habemus sicut anchoram animæ tutam ac firmam. E

Glossa.

Numeri.

Psalms.

Cassiodorus.

Augustinus.

Per duas res immobiles, id est, per promissionem & iuramentum; vult ergo Apo-  
stolus, quod consilium, politiatio, & iuriandum Dei tanta immobilitate firmatur, quod  
Deus non potest oppositum, sicut non potest mentiri. Cui & concordat illud Numeri. 23:  
Non est Deus quæ homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur; dixit ergo & non  
facies? Locutus est, & non implebit? Et illud Psalmi 88. Semel iurauit in sancto meo, si  
Dauidi mentiar. Cassiodorus, Semel, id est, immutabiliter; quomodo & Augustinus 5. de  
Civit. Dei 19. & De spiritu & litera 29. & Isidorus 8. Eib. 45. exponit illud Psalmi 61. Semel  
locutus est Deus, id est, immutabiliter, hoc est, incommutabiliter locutus est; sicut nouit in-  
commutabiliter omnia quæ futura sunt; & quæ facturus est, sicut viceversum septimum hu-  
ius plenius allegavit. Hoc idem testantur multæ autoritates Scripturarum & Doctorum  
de

A deiuramento Dei loquentis 47. huius scriptæ; Similes quoque quamplurimæ 23. primi  
evidunt similiter: Deum immutabiliter & incommutabiliter omnia atque velle. Ad hæc  
fortassis quisnam defensio? opinionis contrarie respondebit dicendo; quod verum est Deum  
omnia immutabiliter velle & nosse, quia non potest in volitione aut cognitione mutari; po-  
test tamen sive mutatione quacunque futurum quod semper voluit & præsevit, vult nunc &  
præsit, nunquam voluisse nec præscivisse, & nunc non velle nec præscire, sed eius opposi-  
tum nunc & prius, vare non inferit Deum velle & nolle futura necessariò necessitate se-  
quence predicta. Hæc autem responsio per prius ostensa 30. & 31. & specialiter 32. hu-  
ius tertii corrigetur. Innuant enim quædam autoritates ratiæ & ibi, Deum esse mendaci-  
um si non euinet quod prædictum; si tamen sine mutatione quacunque posset non prædictum  
se quod prædictum, nullatenus sequeretur sicut illo 32. plenus est ostensum; nec est major  
necessitas in prædictis à Deo, quam in simpliciter præuolutis & præscitis, sicut 49. huius  
B ostendit; Deus ergo non potest non scire, nec non velle futura quæ scit & vult nisi muretur,  
sicut idem 32. ostendit; quare pro nunc non potest non scire, aut non velle quod nunc  
scit & vult. Huius autem 32. rationibus per viam mutabilitatis & immutabilitatis premisis  
imitatur Robertus Lincolniensis de libero arbitrio 4. vbi recitata opinione dicente quod hæc  
non est necessaria, Deus sit A. fore, si sit A. vaum contingens futurum, qui potest non scire  
A. antequam A. sit; vnde licet est vel non est A. si sit scitus & non scens A. scilicet necessa-  
rio: & hæc est opinio contraria, & hypothesis principalis subiungit. Sed hac ratione dicere  
dictam propositionem non esse necessariam, aperte impium est, quia hoc dicere est dicere De-  
um esse mutabilem secundum scientiam. Primo ergo obviandum est autoritatibus huc im-  
plicatis, quibus patet ipsum immutabiliter & semper & æterniter scire omnia, & adducit  
multas autoritates dicentes Deum scire & velle immutabiliter vniuersa, sicut superius erat ta-  
ctum. Qui & infra quinto reprobata opinione prædicta per autoritates, & per alias ratio-  
nes subiungit; Item Deus sit A. aut ergo potest nescire A. aut non potest; Si non potest ne-  
scire A. ergo necessario sit A. Si autem potest nescire A. ergo potest fieri de sciente A. nesci-  
ens A. ergo potest mutari & alterari, quod est impossibile. Idem infra 9. vbi finaliter deter-  
minando responderet, dicit Deum consideratum quatenus præcedit causaliter suos actus o-  
lendi, & sciendi, posse non agere illos actus; Consideratum vero quatenus actualiter agit il-  
los posse cum sit immutabilis; vnde sic ait, Potest hæc prædicatio, Deus potest non velle  
aut non scire A. redire super ipsum consideratum in ratione agentis unum oppositorum, &  
sic est impossibile ipsum non velle quod vult, vel non scire quod scit: Est enim in Dei natura  
posse ad virtutemque, quia causaliter præcedit virtutemque; sed super ipsum agens alterius cum sit  
immutabilis, non est posse ad oppositum eius quod in actu est. Similibus argumentis de mu-  
tabilitate innuit Thomas 1. part. summa. quæst. 19. Artic. 3. & 1. contra Gent. 83. Lincolni-  
cessu. sicut erat superius recitatum. Quemodo eniam si sic esset, sicut dicit responsio, felaretur  
D in Dei scientia firmitas, & fundamentalis stabilitas præstens? Quomodo etiam si sic esset,  
per pollicitationem & iuriandum Dei de quoquam futuro secundum Apostolum fortissi-  
mum solatum haberemus, sicut 32. hanc magis ostendit? Quomodo namque haberemus  
fortissimum solatum de re tam debili, quo pro tempore vel instanti quo est aut fuit, potest  
non esse & non fuisse, imo & de re debili incompatibiliter in essendo debilissima creatura? Nam  
quælibet creatura est fortior & constantior in essendo: Ipsam namque, dum est, necesse  
est esse, & fuisse si fuit. Quomodo etiam si sic esset, dixisset Apostolus specie nostram de pro-  
missis huiusmodi esse sicut anchoram animæ tutam ac firmam? Qualis namque securitas aut  
firmitas in huiusmodi anchora, quæ, et si nunc fuisse quo posset barteret, in praeterito que  
hæsisset debito fundamento, posset nunc & pro nunc sovi & omnino decipere, & in praeterito  
sempre fuisse soluta, & totaliter decepisse? Huiusmodi igitur anchora, si ponatur, est infi-  
ciacior, infirmior & instabilior omni vento & mari, ac re fluxibili qualicunque. Quis igitur an-  
chora tali confusus tempestuofissimo pelago se expone? Quis igitur in mari magne & pericu-  
lofissimo hoc mundi per huiusmodi anchoram tutus erit? Quamobrem videut mihi Apo-  
stolum per istam locutionem transumptam ab anchora, quæ est firmissima rerum navis, to-  
tamque nauem stabiliens atque firmans, dum tamen inhaeret alicui firmori, figurata inno-  
tum securitatem & firmitatem stabiliissimam specie nostræ, quæ est sicut anchora nauis petri fa-  
stig flutibus & vento contrario huius mundi; & quod hæc anchora specie nostræ non est tuta  
& firma de scipa, sed ex adhesione & alligatione ad aliquid magis firmum, puta ad immobi-  
litatem diuini consilij, & ad duas res immobiles supra dictas; quas impossibile est deficere aut  
non esse, sicut Deum impossibile est mentiri. Hæc autem ratio huius transumptionis simili-  
ter potest ostendit, sicut responsio transumptionis de fundamento superius est ostensa. Pre-  
terea

terea verba sacra Scriptura & Doctorum accipienda sunt ad modum intelligendi & loquendi solitum & communem, sicut erat ostentum quadragesimo quinto primi: non est autem modus intelligendi aut loquendi solitus & communis; sed valde insolitus & multum extraneus, & vix inter fallaces Sophistas admirans, dicere Deum statuere seu statuisse, voluisse seu statuisse aut voluisse, nec monstrauerit hoc aut velle; Inno & confutans & communis modus intelligendi & loquendi videtur in talibus pro eodem habere immutabilitatem, & non posse alter & necessario, & ea conuertibilia reputare; quare & Doctores Parisienses necessitatem sequentem predictam, netessitatem immutabilitatis & immobilitatis appellant. Vnde & Augustinus 2. Quod Deus homo 17. quasi per totum, habet præ eodem & promiscue; accipit immutabilitatem vel fore, & non posse, non esse, vel fore, & necessario esse vel fore; ubi & hanc necessitatem sequentem sponte afferens per modum dialogi inter Anselmum & Bosonem de Christo scribit; Quoniam eidem subiacent rationi, scilicet mori & velle. B mori, vitrumque videatur in illo necessitate fuisse. A. Quis se sponte voleat hominem facere, ut eadem immutabilitate voluntate moretetur, & per huius fidem certitudinis virgo munera fieri, de quod homo illi assumetur. B. Deus, filius Dei. A. Nonne supra monstratum est, quod Dei voluntas nulla cogitur necessitate, sed ipsa se sponte sua seruat immutabilitatem, quando aliquid dicitur necessitate facere? B. vere monstratum est; sed videamus è contra; quia quod Deus immutabilitatem vult, non potest non esse, sed neesse est esse. Quapropter si Deus voluit ut homo illi moretetur, non potuit non mori. A. ex eo quia filius Dei assumptus hominem ea voluntate ut moretetur, probans eundem hominem non potuisse non mori. B. ita inteligo. A. Anon similius apparuit ex his quæ dicitur, filium Dei & assumptum hominem unam esse personam, ut idem sit Deus & homo filius Dei, & filius virginis? B. sic est. A. Idem igitur homo sua voluntate non potuit non mori, & mortuus est. B. negare nequeo. Qui & infra eodem vult plane, quod uero propositum aliquid immutabilitate factum, illud necessario faciet, non tamen necessitate violenter contraria, sed consonante libet; quod & adhuc inferius in eodem per distinctionem de necessitate superius recitatam elucidat & serenat. Qui & de Concord. 3. Quæ tempore, inquit, præterita sunt ad similitudinem aeterni presentis, omnino immutabilia sunt; in hoc si quidem magis similia sunt aeterno presenti temporaliter præterita quam presentia, quoniam quæ ibi, scilicet in aeternitate sunt, nunquam possunt non esse presentia, sicut tempora praeterita non valent. Nunquam non esse praeterita; Praesentia vero tempore omnia quæ transiunt sunt non praesentia: & infra 4. immediate subiungit; Hoc ergo modo quicquid de his quæ libero sunt arbitrio, velut necessarium Sacra Scriptura pronuntiat, secundum aeternitatem loquitur in qua præsens est omne verum, & non nisi verum immutabiliter. Ecce quo modo indifferenter accipit & habet pro eodem, esse immutabile, seu immutabilitatem non posse non esse, & necessarium, seu necessario quicquam esse, necessitate scilicet, quam eisdem locis sequentem appellat, sicut superius erat tacum. Quare & Robertus Lincolniensis, De libero arbitrio. 4. recitatius Autoritatus Augustini 5. super Genes. 19. ac alijs hic supra; & viceversa tertio primi præmissis, qui dicunt Deum immutabilitatem cuncta scire, quinto capitulo. sic concludit, Ex his autoritatibus evidenter patet, quod omnia scit Deus unico indubibili simplici conspectu aeternitatem, semper, [similiter,] immutabilitatem: Quapropter quod scit non potest in posterum nescire. Et sequitur, Ergo omni eodem modo quo nescire est Deum scire res cum sunt, vel cum præterita sunt, nescire est cum scire easdem antequam sint. Sed cum res sunt, vel præterita sunt, habet eius scientia necessitatem consequentem; ergo & eandem necessitatem habet antequam res euennant. Qui & infra 6. allegat Augustinum dicentem Ideas in Deo, quas & exemplaria nominat, esse immortales, immutabiles, invariabiles, aeternas & infatigabiles: Vnde & concludit, Ex his patenter habetur exemplaria esse necessaria; Sacra igitur Scriptura, Glossa, & Doctores dicentes Deum immutabiliter, incommutabiliter, & immobiliter scire, velle, statuere, & cetera talia, intelligunt quod non est possibile aliter, & quod necessario ita facit, necessario, inquam, necessitate sequente prædicta. Neque pro minimo compundunt quod Robertus Lincolniensis, Sanctus Thomas & ali; Doctores Parisienses, opinione habeant necessitatem contrariam, & hypothesis principalem sub propria forma sua concorditer recitant, reprobant, & condemnant, sicut prehabita aliquantulum recitavint; Quare haud dubie responsionem istam secundum hanc necessitatem sequentem approbant & affirmant, cum non sit possibile assignare rationabile medium inter istas, sicut

A [capitula] precedenti manifestant. Doctores similiter Oxonienses negant necessitatem absolutam in talibus, aliam vero quandam concedunt, quam vocant similiter ordinata; seu necessitatem à lego ordinata sive statuta, que secundum profetae quadragesimo nonne huius, non potest recte intelligi alia quam necessitas ista sequens. Voluntas namque diuina quod exinde ex voluntate recte dicitur ordinata, & lex similiter ordinata sive statuta; quia sicut Legislator vel alius quilibet ordinator, primò latrem natura cogitat hæc & illa, deinde libertè ordinat seu statuit; vnum certum; sic & Deus Rex & Legifer vniuersalitatis, statuta, posita, ordinata, ordinans, regulans, & moderans vniuersum, sicut pater vicissimo primo primi. Dicitur quoque necessitas, quia sicut lex merè postiua libertatem, & sine quacunque necessitate impellente statuta ab homine, ex tunc est necessaria necessitate sequente, & necessitate huiusmodi ordinata, in tantum quod secundum iuristas illud dicitur possibile vel impossibile, quod est possibile impossibile de Iure: sic & voluntas diuina, quanquam sine quacunque necessitate precedente, contingentissime, & libertè ordinata, posita, & statuta simili necessitate firmatur. Istam autem sententiam laborare videntur præmissa de fato; vicissimo octavo primi, & vicissimo septimo tertii. Inveniunt namque concorditer omnes Autatores ponentes fatum à famine Dei dictum, & talem necessitatem fatam, Deum sicut & hominem liberè secundum contradictionem fari ad extra, ipsum tamen fari dum fatum, sicut & hominem loqui dum loquitur esse necesse, necessitate scilicet ordinata sua sequente predicta, quæ esse quodcumque necessitas: sequitur coramito, quā omne quod est, quando eit, necessitas est esse. Fatum enim, recitante Isidoro 8. Eth. 45. & 46. Antiqui dixerunt quicquid Dij fanatur, appositumque singulis & statutum: quare & Philolophus in De mundo vlt. dicit, quod tria sunt statuta fatorum secundum rotundum tempora, quæ in alia translatione dicuntur tres Partæ; quæ secundum Papiam in elementatio suo, & Isidorum 8. Eth. 45. & Grammaticos C alios, eò quod nemini parcat, seu minimè parcat. Dicuntur sic dicuntur, Atropos in præterito, Lachesis seu Lichesis in futuro, & Clio in presenti, perficiens ut dicit Philolophus vbi pruis & torques vnicuique propria; & addit, Perficitur autem & fabula non inordinata: sunt autem hæc omnia nihil aliud nisi Deus, quemadmodum & strenue ait Plato. Qui & supra 13. dicit quod in maiori civitate, in mundo videlicet, Deus est lex a quo declinans, in alia translatione equalis, nullam recipiens corruptionem, aut transpositionem, in alia translatione directionem aut transpositionem, maior autem & ceterior eis Scripturis quæ sunt in cibisibus, secundum aliam translationem, melius autem & firmius lapidibus scriptis. Scriptura namque in lapidibus primò liberè & contingenter scribuntur, sed postquam sunt scriptæ, necessariò manent scriptæ, vel saltem necessariò tunc sunt scriptæ necessitate sequente prædicta, sic & scripta firmior libri Dei; vbi & subditur consequenter, quo gubernante semper immutabilitate & diligenter regitur totus decor cœli & terræ, & omnia generantur, crescunt, & corruptuntur diuinis parentia decretis. Istam quoque sententiam firmat Hermes De verbo aeterno 43. & de mundo & cœlo 1. ostendens quod rerum necessitas est à lege diuina; dicit enim quod hæc tria, *Heimarmene*, necessitas, & ordo, nutu Dei maximè sunt effecta, que mundum gubernant sua lege, & ratione diuina, dicitque texum operis, fatalem seriem, seculorum dispositionem, metam temporalium omnium, & vniuersaliter omnia esse illic, puta in Deo, summi dispositoris digito exarata, sicut vicelimum septimum huius plenius recitauit. Vnde & Prophetæ, In aeternum, Domine, verbum tuum permanet in cœlo; in generatione veritatis tua; fundasti terram & permanet; ordinatione tua perseuerat dies quoniam omnia seruantur tibi, nisi quod lex tua meditatio mea est, &c. Psalmus 118. Ecce ordinatio legitima Domini, nisi quod lex tua meditatio mea est. Ecco ordinatio legitima Domini cœlestia, terrestria, & vniuersaliter omnia comprehendens: Ecce lex Domini complectitatem ordinata firma necessitate, & necessaria similitate aeternaliter perseverans: hæc enim verba Prophetæ immutabilitatem & necessitatem important. Dicit enim Augustinus de cœlo quinto de Trinitate 20. Neque enim ob aliud scriptum est, Multæ cogitationes in corde viri, consilium autem Domini manet in aeternum, nisi vt intelligamus sive credamus sicut in aeternum Deum, ita aeternum eius esse consilium, ac per hoc immutabile sicut ipse est: Quod autem de cogitationibus, hoc etiam de voluntatibus verissime dici potest, Multæ voluntates in corde viri, voluntas autem Domini manet in aeternum. Psalmus quoque tricesimus secundus, Consilium, inquit, Domini in aeternum manet, Psalms. cogitationes cordis eius in generatione & generationem: Super quod Augustinus tratus primo, Cogitationes sapientie eius non sunt mutabiles, sed manentes in seculum seculi; vbi & Glossa, id est, non sunt mutabiles, sed aeternæ, & prædestinatio eius immutabilis

|| percipiet

Augustinus.

Cassiodorus.

Eusebius.

Augustinus.

Ieremias.

Augustinus.

Esaias.

neutabilis est in qua omnia deposita sunt. Dicitque Cassiodorus super illud Psalmi 118. A superioris allegatum, O Domine, permanet verbum tuum in celo, quia ad literam, solensis ordo cœlestium permanet statutorum. Annus enim per dies & menses habitur, & eisdem vicisitatem reduc conuersio Solis & Luna, & omnium lex semel constituta immutabilis manet. Et infra, in generatione & generationem veritas tua, id est, in omni generatione, Fundasti terram, id est, Ecclesiam fide, & permanet. Non enim ad literam de terra, qua mouenda est, hoc dici potest: Christus autem est fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere, in quo hi, qui non sunt ancillæ filii, permanent. Nam sequitur, Ordinatione tua persecuerat dies. Hæc enim supra dicta, quod verbum in celo, quod veritas in generatione, quod terra fundata est, sunt dies quem fecit Dominus, cui Christus Sol iustitiae quicquid virginem nunquam occidit, & cum in futuro || perficiat nullo fine claudetur. Et bene dico Verbum in celo veritas, & in generatione terra fundata, quoniam omnia que pertinent ad hunc diem serviant tibi; ad literam, Omnia temporalia & aeterna B suo iunu disponit. Fundasti, inquit, terram & permanet; fundatio autem & fundatum immutabilem stabilitatem & necessitatem important, sicut superius est ostensum. Vnde & infra eodem, Initio cogitatio de testimonij tuis quod in aeternum fundasti ea. Similem etiam sententiam innuunt verba huiusmodi, Confirmata est sepe nos misericordia eius, & veritas Domini manet in aeternum, Psalmi 116. Firmavit orbem terræ qui non commouebitur, Psalmi 92. vbi dicit Augustinus quod eis immobility, sicut erat superioris allegatum. Qui confidunt in Domino, sicut monsion, non commouebitur in aeternum, &c. Psalmi 124. vbi Cassiodorus ostendit confidentes in Domino non posse moueri, non inclinabuntur in saeculum seculi, scilicet terra, Psalmi 103. vbi Cassiodorus, Non potest dici de terra quod legitur transitura; mystice vero recte accipi potest Ecclesia super Christum fundata, quia inclinari non potest. Montes commouebuntur, & colles contremiscunt, misericordia autem mea non recederet a te, & foedus pacis meæ non mouetur, dixit Miserator tuus C Dominus, Esaiæ 54. Cælum & terra transibunt, verba autem meæ non transibunt, seu transibent, Martin. 24. & multa similitudinem expositionibus suis & glosis 27. huius scripta. His similiter consonant illud Ierem. 5. Posui arenam terminum maris, præceptum sempiternum quod non præteribit, & commouebuntur, & non poterunt, & intumescunt flatus eius, & non pertransibunt illud; terminum tribulationum insinuant & laborum, ut patet per expositiones premillas 46. primi. Et rursus illud Psalmi 148. Statuitea in aeternum & in saeculum facili, præceptum posuit, & non præteribit. Vnde beatus Gregorius 16. Moral. 15. super illud Job 23. Nemo auertere potest cogitationes eius, scilicet Dei, sic ait, De cuius immutabilitate apte subiungit. Nemo auertere potest cogitationes eius: sicut enim immutabilis est natura, ita immutabilis est cogitatione. Dicat ergo, & nemo auertere potest cogitationes eius, quia semel fixa iudicia mutari nequaquam possunt; vnde scriptum est, præceptum posuit, & non præteribit: & rursus, Cælum & terra transibunt, verba autem meæ non transibent: Et rursus, Non enim cogitationes meæ sicut cogitationes vestra, neque via meæ sicut via vestra. Cum ergo exterior mutari videtur sententia, interior consilium non mutatur, quia de unaquaque re immutabilitatem istius constituitur, quicquid fortis mutabilitate agitur. Cui & concorditer Augustinus in sententijs Propteri, propositione 169. Cogitatio, inquit, & recogitatio Dei mutandarum rerum est incommutabilitas ratio. Neque enim, sicut hominem, ita Deum cuiusquam facti sui penitus, cuius de omnibus omnino rebus tam fixa est sententia quam certa prescience: quibus nec discorditer Esaias, Dominus exercituum, inquit, decrevit, & quis poterit infirmare? Es. 14. Glossa, hoc est, mutari non potest. Hanc eandem necessitatem secundum legem, ut præmittitur, ordinatam evidenter insinuant Autoritates de necessitate stabilitatis, immobility, & immutabilitatis præmissæ: nec minus evidenter eam ostendunt Autoritates de iuramento divino, quadragesimo septimo huius præmissæ propter immutabilitatem & necessitatem in eo contentam, maximè cum secundum ibi ostensa, omnis sermo Dei intrusus respectu exteriorum æquale necessitate firmatur, & æquipollat iuramento. Eandem similiter innuunt Autoritates illo quadragesimo septimo allegatae, dicentes prædictiones & promissiones divinas necessariò adimplendas, maximè cum non necessitas sit maior in talibus, quam in quibuslibet circa Dei ad extra, sicut proximum huius docet: sed tota necessitas, qua est ibi, est ex firma præsentialitate, & præsentia firmitate actus, cognitionis, & voluntatis divinae, qua cum, sicut & præsentia cetera, & actus ceteros qualitercumque dum est, necessè est esse necessitate sequente & ordinata prædicta. Amplius autem & hanc eandem necessitatem ordinatam, ut præmittitur, & sequentem concorditer innuunt omnes Autores, ponentes satum à famine Dei dictum,

A & talem necessitatem fatalem, sicut superioris monstrabatur; Quot autem & quanti Autores & Doctores Philosophici & Theologici ponunt explicitè & implicitè istam necessitatem fatalem, sicut vigesimum octauum primi, & vigesimum septimum huius docent? Quid enim aliud significat intransibilitas, immutabilitas, stabilitas, firmitas verborum Circuiti, legum, patrum, fæderis quoque Dei ex Evangelij & Prophetij cum glossis & explicationibus Doctorum, quas vigesimum septimum huius plenus recitat? Quomodo etiam convenientius potest exponi Philosophus in De mundo 13. vbi dicit quod Deus immobility cuncta mouet & ceterisferi que vult, velut || lex mundi nullam recipiens alterationem, certior & firmior Scripturis que in lapidibus, sicut eodem vigesimo septimo & huc supra plenus allegatur? Scriptura namque in lapidibus primò liberè & contingenter scribuntur, sed postquam sunt scriptæ, necessariò manent scriptæ, vel saltem necessariò rite sunt scriptæ necessitate sequente prædicta: Sic quinimo & incomparabiliter firmus scriptura firmior libri Dei. Cur etiam potius comparavit legem diuinam omnia gubernantem scripture in lapidibus, quam scripture in cera, membrana, pictura, puluere, vel in terra, in aliquo metallo, nisi ut quoquomodo exemplariter & figuraliter designaret eius maximam firmitatem, sicut talis scripture est alius magis firma; quemadmodum & Job dicit, Quis mihi hoc tribuat ut scribantur sermones mei? Quis mihi det ut exarentur in libro stilo ferreo, aut plumbi lamina vel || celte scribantur in silice, Job decimo nono? Quare & filii Seth scientiarum inuenta iudicabus columnis, vna quidem de lateribus, altera vero de lapidibus conscriberunt, sicut superioris fuerat recitatum. Quam ergo item necessitas, & necessaria firmitas, Scriptura divina in formissima scientia Dei scriptæ, ut firmissima mente sua, in formissima vita libro. Hunc autem Philosophum in hac parte autorizans summus Philosophus. Non potest, inquit, solus Scriptura quam Pater sancti Philemon. faciat & misit in mundum, Ioannis decimo. Cui similiter consonant non pauca similitudine quadragesimo septimo huius prehabita, quæ refutant Scripturas propheticas promissorias, & iuratorias Prophetatum & Dei necessariò adimplendas. Quod enim scriptura naturalis, fragili calamo, fluido atramento, purissili pellucida vel papyro constituta solum non potest, ex nulla firmitate aut stabilitate huius scriptorū infirmè & labilis potest esse, sed tantum ex scripture libri vita immortalis, indecibilis, irributabilis, incancellabilis, ac indefectibilis insolubilis & necessaria firmitate, a qua omnis vera scripture materialis originaliter & figuraiter defuit & emanat. Huic autem causa necessitatis huiusmodi in scripturis attestatur glossa super primum Mathei, quæ primò dicit prophetias necessariò adimplendas, sicut quadragesimum septimum huius allegat: Pólica vero dicit quod Propheta nullam necessitatemingerit prophetatis, sed est præscientia Dei signum, sicut quadragesimum nonum huius plenus recitauit. Hæc ergo necessitas in Dei præscientia D est fundata: Non enim potest fundari in rebus prophetatis, que sunt quæ efficiunt & exitus prophetie, quæ etiam sibi ipsi nullam necessitatem imponent, cum nullam habeant ex lexis; nec in prophetia, quæ non efficit prophetata, sed est diuine præscientie tantum signum; necessitas ergo scriptura libri vita immortalis præscientie firme Dei est necessitas scriptura prophetie supradicta. Vnde & Augustinus de correptione Anglii. & gratia 29. dicit, quod filii Dei secundum præscientiam, antequam essent facti, iam filii Deierant, in memoriali patri sui inconclusa stabilitate conscripsi. Qui & infra 34. hanc stabilitatem inconclusum plenum exprimit ita scribit: Quicunque ergo in Dei prouidentissima dispositione præsciti, prædestinati, vocari, iustificari sunt & glorificati, Non dico etiam nondum tenaci, sed etiam nondum natum iam filii Dei sunt, & ideo omnino petire non possunt. Aduerte, quæcō, causalem; iam, inquit, filii Dei sunt, & ideo omnino petire non possunt. Quid aliud innuit, imò potius exprimit hæc causalem, quam quod illa quæcumque in prouidentia, dispositione, præscientia & prædestinatione Dei sunt, non possunt ibi non esse, sicutem propter nunc, iuxta illud || Philosopham sapientiam memoratum. Ecce quod est quando est, necesse est || philosophum Quantus igitur numerus, quam turbula, quantum exercitus autoritarum scriptura canonica & Doctorum istam necessitatem sententiam explicitè vel implicitè proficeretur, proculdubio non facile numerare. Vt autem in brevibus maximam copiam proferam, Ecce istam necessitatem sequentis sententiam innuunt & confirmant rationes, & autoritates à trigesimo huius usque ad hanc locum multifaciam prælibatae, quas non videatur possibile plane, solidè & veraciter soluere istam sententiam non tenenti, sed vix per qualescumque sophisticationes infidas, per cauillationes obliquas, per falsigraphias profanas, & proteruias violentias, per anabages distortas, per expostiones schismaticas, & per glossas viperinas, textum proprium perientes: Huic autem sententia videntur omnes rationes & Zzz 3 auto-

E

Autoritates tam secundum superficiem literarum, quam secundum profundum & solidum intellectum plane & plenè, solidè & sincerè ac spontaneè consentire, & concorditer attestari. Conferat, quæso, simpliciter quicunque iudex indifferentes, & amicus veritatis solius probations, responses & autoritates cuiuscunq; alterius sententia & istius; deponat, supplico, interim odium & amorem, dicente Philosopho 1. Rhetorice sua primo, quod ad præfectum & iudicem amare & odire, & proprium comodum annexa sunt saepe ut non possint videre sufficienter verum, sed attendere in iudicio proprium delectabile aut triste; Et secundi Rhetor. 1. Non eadem, inquit, videntur amantibus & odientibus, neque iratis & mansuetè se habentibus, sed aut omnino altera, aut secundum magnitudinem altera. Cui & concorditer Prololaus verbo 12. Centilogij sui, ait, Amor & odium remouent homines à restitudine, aut secundum aliam translationem, Amor & odium perturbunt iudicem veritatem: vel si noluerit illa deponere, tunc permittat dando isti sententia gratus odio habita amorem & fauorem alterius, & è contra, & sic æquo libramine ponderet, quæ firmius sit fundata, copiosius attestata, & rationabilis defensata, & illam interim, donec Deus aliud ei reuelauerit sobrie eligat, teneat & defendat. Nam, sicut dicit Philosophus 1. Ethic. 11. Vero quidem omnia consonant existentia; falso autem citè dissonat verum. Hæc autem est planè doctrina eiusdem Philosophi 2. de Coelo 1. ac Averrois Commentatoris ipsius, qui & ibi recitat illum famosum Alexandrum dicentem, Nos non sumus sustentati super sententiam huius hominis inter omnes alias, nisi quia videmus ipsam minoris ambiguitatis, & remotionem à contradictione. Postò autoritates de necessitate fati, familiæ diuini, & similes, ponentes necessitatem in Deo & in rebus, & causam illius reddentes, quia Esse quod est, quando est, necesse est, aut quod res omnes sunt semper apud Deum præsentes pro necessitate rerum secundum causas superiores viginti septimo & vigesimo octavo huius adductæ, multum immediatus & evidenter faciunt pro ista necessitate sequente huius capitulo quam pro illa; verum quia ex ista necessitate sequitur alia, faciunt & pro illa; & quia illi necessitatē contradicuntur, à multis fuit multorum testimoniis veridicorum omni exceptione maiorum testimonij validis comprobanda, vt sic illa concessa, ista facilius admittatur. Potuit etiam processus & ordo fuisse contrarie permutatus, vt primo hæc sequens, deinde illa secundum causas superiores fuisse ostendat: Hæc enim est prior illa secundam naturam, Veruntamen non ita commode pro doctrina. Non enim semper priora & notiora natura sunt priora & notiora in cognitione humana; Imo, vt plurimum est, è contra, sicut testatur Philosophus 1. Phylic. 2. & post. & 2. Metaphysic. 1. quod eriam testatur Apostolus, Invisibilia, inquiens, ipsius scilicet Dei, à creatura mundi, id est, ab homine, per ea quæ facta sunt intellecta conspicuntur, sempiterna quoque virtus eius & diuinitas, ad Romanos primo. Hinc igitur videbatur commodius præmissum ordinem obseruare, sicut & in principio seruabatur. Prudus namque secundum naturam videtur Deum facere quippiam, quam factum seruare, & tamen prius fuit ostensum Deum esse conseruatorum necessarium entium quam factorem, quia hoc fuit utilius pro doctrina: Ex hoc enim apud cognitionem humanam facilius ostendit aliud quam è contra.

E

## COROL

A

## C O R O L L A R I U M.

Corollarium, quod omnem actum volitionis & cognitionis diuine præsentem necessitate est, necessitate sequente prædicta, semper fuisse, & similiter semper fit; quare & quod omnia, quæ præsentialiter sunt, sunt aut eveniunt, simili necessitate sunt, sunt & eveniunt in præsenti; & quod omnia quæ eveniunt, simili necessitate eveniunt in futuro; ino & quod omnia quæ nunc sunt, de aliqua necessitate precedente nunc sunt, & quod omnia, quæ eveniunt de aliqua necessitate præcedente, eveniunt in futuro.

B

**E**x his autem, velut porismaticè, claram lucet, quod Omnem actum volitionis & cognitionis diuinae præsentem necessitatem necessitate sequente prædicta nunc esse, semper fuisse, & similiter semper fit; quare & qd. omnia, quæ præsentialiter sunt, sunt, aut eveniunt, simili necessitate sunt, sunt, & eveniunt in præsenti; & qd. omnia, quæ eveniunt, simili necessitate eveniunt in futuro; imo & qd. omnia, quæ nunc sunt, de aliqua necessitate præcedente nunc sunt; & qd. omnia quæ eveniunt, de aliqua necessitate præcedente eveniunt in futuro. Prima autem pars, secunda & tertia huius porismatis lucide consequuntur. Nam secundum prius ostenta, omnem actum huiusmodi nunc præsentem necessitatem nunc esse, quare & semper fuisse, & similiter semper fit, cum Deus sit immutabilis omniusque, sicut quintum & vicequinto tertium primi docent. Vnde & cognoscitur evidenter conuenientia & differentia voluntatis diuinae, & angelicæ, vel humanae: In duabus namque conuenient, & disconuenient in duabus. Nam sicut voluntatem creatam necessitatem est pro nunc velle quod vult, & voluisse quod voluit, sic diuinam; sed hanc, scilicet humanam, possibile est in futuro non sic velle, & in præterito noluisse, diuinam vero minime post vel ante: cuiuscausam non latet; hæc enim est mutabilis, illa vero immutabilis est omnino. Tres vero partes sequentes ex his tribus cum quibusdam prius ostensis faciliter concludentur. Docet namque syllogistica ratio manifesto, quod omnia quæ præsentialiter sunt, sunt, & eveniunt à causa necessitate sequente necessaria in esendo, & intrinsecabilis in causando, simili necessitate sunt, sunt & eveniunt in præsenti; Omnia, quæ in præsentialiter sunt, sunt, aut eveniunt præsentialiter, sunt, sunt, & eveniunt à causa huiusmodi: Cur ergo non sequitur de futuris? Simili namque modo quo || syllogismus || aptaberat simili presentibus, aptabitur & futuris; Omnia siquidem quæ eveniunt à causa necessitate sequente necessaria in esendo, & intrinsecabilis in causando, simili necessitate eveniunt; Omnia quæ eveniunt, eveniunt à causa huiusmodi. Non enim videtur causa possibilis assignari quare non omnia, quæ à causa quacunque eveniunt, de aliqua necessitate eveniunt, nisi vel quia causa potest deficere in esendo, vel quia, eti; maneat potest impediri, frustrari, & deficere in causando; sicut homo volens facere quid futurum, potest voluntatem illam dimittere, & etiam si eam continuè teneat, impediri, multipliciterque frustrari: Certum est quoque quod omnia, quæ eveniunt, à causa tali \* eveniunt: Eveniunt enim à voluntate diuina, per corollarium non primi, & ipsa est necessitate sequente necessaria in esendo per partes corollariorum præcedentes, est etiam intrinsecabilis in causando, per lo. primi libri. Hic respondebitur forsitan à quibusdam, quod omnia futura sunt necessaria, quatenus sunt apud Deum præsencia, & in eo, non autem quatenus extra evenient in esse materiali, sive reali in suis naturis. Hæc autem responsio si intelligit, quod futura contingentia quantum est de se, & causis suis inferioribus absoluè consideratis, non necessariò eveniunt, verè intelligit sed non vitat: Si autem intelligit quod futura contingentia relata ad prævolutionem & præcognitionem diuinam necessariam in esendo, & intrinsecabilem in causando, non necessariò eveniunt extra in esse materiali, reali, seu naturali temporibus præordinatis à Deo, non verè intelligit, sicut præcedentia claram monstrabant; quod & potest brevius sic monstrari, quicquid Deus vult & præscit fore in esse reali extrinseco naturali, sic erit; Hoc Deus vult & præscit sic fore: ergo hoc sic erit: vel enthymematicè si quis velit, Deus vult hoc fore realiter, ergo hoc sic erit, & antecedens est necessarium, sicut superioris est ostensum, sicut & illi isti responsores continentur; quare & consequens sicut trigesimo huius pater. Hoc autem totum claram testatur respondentes.

Robertus Lincolnensis de libero arbitrio 10. vbi agens de concordia præcognitionis & liberis arbitriis, primò facit realiter argumentum præmissum, & recitat virtualiter respondendum opinionis contrariæ, & hypothesis principalis, distinguenter propositiones huiusmodi, Lincolnensis.

di. (Quicquid Deus prædestinat seu vult fore necessitè est fore) secundum compositionem & diuisiōnem, & concedentem sensum compositum ac negantem diuisum; & deinde ipsa formaliter approbata, ac materialiter reprobata, secundum sententiam propriam respondendo, dicit prædestinationis; puto prædestinationem diuinam, sicut causam necessariam in essendo necessitate sequente; & in infutabilitate causando; quare & quemlibet totalem eius effectum simili necessitate futurum: Vnde sic ait. Dei prædestinatione, specialiter librum arbitrium videntur annihilare; Ista namque causa est bonorum prædestinationis; & talis causa quæ non potest non esse, nec potest ab effectu frustrari: Omnis autem causa, quæ non potest non esse, nec ab effectu frustrari; omnis effectus non potest non esse; prædestinationis igitur effectus non potest non esse; ergo omnem prædestinationis effectum necessarium est esse; Necessariò ergo saluabitur omnis saluandus; ergo non ex libero arbitrio effalsus aut opus bonum vita æternæ merititorum. Forte aliquis responso ad evadendum sic distinguat, dicens, Prædestinationem est necessarium; id tamen quod prædestinatum est, non est necessarium, sed contingens; sed haec distinctione licet sit vera, nihil tamen ad veritatem videretur esse solutionis. Dicatur enī A effectus alius prædestinationis in se consideratus nudus ab hoc accidente, Prædestinationem, syllogizeturque hoc modo, Omnis effectus causa necessaria; nec potens à suo effectu frustrari est necessarius & non potens non esse; A est effectus talis cause; ergo A non potest non esse, sed est necessarium, & ita quod eius esse nihil est liberum arbitrium, cum habens esse ex libero creature rationalis arbitrio sit contingens, non necessarium. Et ecce responsio propria; An forte prædestinationis effectus simpliciter est magis A contingenter esse, quam A esse? verbi gratia, Aliquis nunquam istens viator nominatus Petrus, non hoc, Petrus scilicet fore saluandum, sed Petrus to be saluandum esse contingens, id est, Petrus fore saluandum non ex necessitate, sed cum possibilitate existendi eius oppositum, scilicet Petrus non saluati, est simpliciter effectus prædestinationis. Scit enim Deus non solum Petrum saluandum, sed Petrum non ex necessitate, sed contingenter saluandum, & sic ab æterno præordinari, scilicet Petrum saluandum, & non ex necessitate, sed cum possibilitate costrari; & hoc totum in infallibilitate à Deo præcognitum & præordinatum, scilicet Petrum saluari non ex necessitate, sed cum possibilitate existendi eppositum, scilicet Petrum non saluari est necessarium. Itaque effectus prædestinationis, quæ est causa inauatiabilis, nec potest à suo frustrari effectu, non est Petrus saluari, sed Petrus saluari non necessariò sed contingenter; & hoc totum, scilicet Petrus saluari non necessariò, sed contingenter, est necessarium, sicut arguit supra positus syllogismus, debere esse prædestinationis effectum; sed necessarium dico necessitate consequente non antecedente, necessitate conditionis secundum Boetium non simpliciter; ac per hoc Petrus saluari non est necessarium, sed contingens. Hæc itaque maior suprapositi syllogismi propositione, scilicet, Omnis causa, quæ non potest non esse, nec ab effectu frustrari, effectus non potest non esse, sed est necessarius, sic videtur esse intelligenda, ut intelligamus effectum simpliciter & totaliter, & non secundum partem, hoc est, totum effectum comproporioratum cause, nullis omissionis conditionibus, ut pote respectu huius cause, quæ est prædestinatione, non erit, Petrus saluari simpliciter & totaliter, effectus, sed hoc totum, Petrus saluari non ex necessitate, sed contingenter; ergo secundum quod verè intelligitur maior propositione, si sub prædestinationis effectu assumatur Petrus saluari vel aliquid tale, non adiecta hac conditione, non ex necessitate, sed contingenter, non correspondet assumptio majori propositioni, nec sequitur conclusio: Si autem sumatur simpliciter & totaliter effectus cadens sub prædestinatione, ut pote Petrus saluari non ex necessitate, sed contingenter, correspondenter maiori assumitur, & conclusio sequitur. Qui & infra 11. monstrans concordiam gratia cum libero arbitrio, si mitem sententiam clare profert. Nec moueat quempiam quod dicit non esse necessarium Petrum saluari, sed Petrum non necessariò, sed contingenter saluari, cum tamen necessarium, sequatur, Petrus non necessariò, sed contingenter saluabitur, ergo Petrus saluabitur; & Antecedens secundum eum est necessarium, quare & consequens; quia cum dicit Petrum non necessariò, sed contingenter saluari, esse necessarium, intelligit de necessitate sequente prædicta consentanea contingente & arbitrii libertati, sicut & exprimit euidenter: Cum verè negat Petrus saluari esse necessarium, intelligit de necessitate contraria contingente & arbitrii libertati, quod iuxta decimo huius premissa de hac coniunctione aduersaria, Sed, euidenter insinuat, ita dicens, Petrus saluari non est necessarium, sed contingens. Pro quo & infra 11. Cum, inquit, gratia non sit, nisi Dei voluntas, qua gratis saluari autem verbi gratia non solum Petrus saluari, sed ipsum saluari ex libertate arbitrii sui,

&amp; non

A & non necessariò, sed contingente, sicut præscit & prædestinat non solum ipsum saluari, sed saluari cum adiectione prædicta; gratias sine voluntate diuina non cogit Petrum saluari, vel aliquod consummum esse necessarium, sed, sicut dictum est, ipsum saluari ex libero arbitrio & contingente esse necessarium. Nec etiam moueat quod dieit, forte & quasi dubitando, non determinando respondere videtur; hac enim est responsio finalis; & quia hoc potest rationabiliter facere, nisi ipse me non dubitet, ad aliorum præsumptuosa audaciam reprimendum, & ut sobrie capiat, instruendum. Ad aerbia etiam dubitandi & verba similia non temper dubitationem loquentis important, sed quandoque per figuram Ironie certitudinem & certam affirmationem, quandoque vero dubitationem in membris auditorum, & interpretationem eorum: Quare Prophetæ, Apostoli, & Deus, ac Dominus Iesus Christus scientes certissime, quandoque aduerbia & verba huiuscmodi protulerunt. Vnde Psalmus 80. Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliasset. Celsiodorus, Forsitan, id est, verè, si ironice dicit. Et infra Celsiodorus. B Psalmus 118. Nisi quod lex tua meditatio mea est, tuoc forte periremus in humiliata mea. Et Apostolus ad Rom. 8. Existimo quod non sunt dignae passiones huius temporis ad futuram gloriam: Glossa, Existimo, id est, scio. Et 1. ad Corinth. 7. Putò quod ego spiritum Dei habeam: Glossa, Nota quod dicens puto, non dubitat Apostolus, sed contemptores increpat. Et Job 14. Pucasne moriens homo rursum vivat: Super quod Gregorius 12. Moral. 5. Solent iusti virtù in eo quod ipsi certum ac solidum sentiunt, quasi ex dubietate aliquid proferre, Gregorius. ut infirmi otium in le verba transferant, sed rursum per fortē sentientiam infirmam dubitati omni modo contradicunt, quatenus per hoc, quod dubitare proferre cernuntur, infirmis aliquatenus condescendant; & per hoc, quod certam sentientiam proferunt, infirmiorum mentes dubias ad soliditatem trahant. Ipse etiam in quo sunt omnes thelati sapientie & scientiae absconditi Iesus Christus similiter loquitur, Nunquid, inquietos, gratiam haberet seruo illi quia fecit quæ sibi imperaverat? Non puto, Luc. 17. Et Matth. 11. Si in Sodomis &c. forte manus Lincei. fuisse vsque in hunc diem; & Job. 4. Tu forsitan petras ab eo, &c. Et infra 5. Sacerdotes Marchicus. Mosi, credentes forsitan & mihi: Et adhuc inferius 8. Si me scirent, forsitan & Patrem meum Agustinus. um sciretis. Super quod Augustinus part. 1. homil. 37. Ille, inquit, qui omnia fecit, quando dicitur forsitan, non dubitat, sed increpat. Attende enim quomodo increpatu dicatur ipsum forsitan, quod videatur esse verbum dubitationis; sed dubitationis verbum est, quando dicitur ab homine id est dubitante quia nesciente; cum verè dicitur à Deo verbum dubitationis, cum Deum virque nihil lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas. Hoc mines enim de rebus his, quas certas habent, aliquando increpatu dubitant, id est, verbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitent, velut si indigniter seruo tuo, & dicas, Contemnis me? Considera, forsitan Dominus tuus sum. Hinc & Apostolus ad quosdam contemnit me? apostolus. tempores suos loquens, ait, Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam. Qui dicit, puto, Matthæus. dubitate videbit, sed ille increpat, non dubitat. Matthæi quoque 24. ipsa sapientia Dei dicitur dubitare videbit, sed ille increpat, non dubitat. Gregorius. Super quod Gregorius 1. super Ezech. 9. Cur, inquit, hoc sub dubitatione dicitur, cum quid futurum sit à Domino prædictum? Et responderet, Ita dominici sermonis dubitatio ex electorum cordibus designatio temptationis fuit. Per hoc igitur exprimitur, quod electi in corde tempabantur; nutant enim, si non cadent; dicitur ergo, si fieri potest, quia irripidabunt, & tamē dicuntur electi, quia non cadent. Pro duabus autem reliqui partibus aduerendum quod in voluntate diuina respectu suorum effectuum extrinsecorum presentium vel futurorum est plenissima contingentia ad virum libet, & summa libertas contradictionis, sicut superius. E sepius dicebatur, ipsa ramen respectu eorum est necessitas antecedens, sicut respectu præsentium, sicut ultima pars corollarii secundi huius ostendit: quare & per similem rationem respectu futurorum libet. Nam omnia que euidentur à causa necessaria in essendo & inserviuntur in causando, euidentur de necessitate naturaliter præcedentes, sicut definitiones necessitatis naturaliter præcedentes, & sui effectus secundo huius ostendunt; & omnia, que euidentur, à causa talis euident, pura à voluntate diuina, sicut superius est ostensum: nec istam ali quam repugnantiam implicant, sicut 29. & 5. huius plenius declaratur.

C A P. L I.  
De Aeternitate.

Dhuc autem spiritu intelligentie parum altius subleuant, potest hæc eadem veritas per aliam viam ostendi, per viam videlicet aeternitatis trigesimo huius tractam. Hac etenim cognita, potest Deus & eius cognitio atque voluntio quoquomodo cognosci; hæc vero ignoratur, & ita necessariò ignoratur: prius ergo de ipsa aeternitate paululum disserendum. Constat siquidem secundum Philosophorum sententiam, quod mensura debet esse vniuersita & similiis mensurato: homo autem mutabilis est, & actiones eius mutabiles, quare & mensurantur mensura mutabili, scilicet temporali, ipso videlicet tempore vel instanti: Deus vero, & qualiter actio eius intrinseca, puta cognitione & voluntio, immutabilis est omnino, sicut quatuor & vicecum terium primi docent; quare nec Deus, nec aliqua actio eius intrinseca per se immediate & propriè mensuratur mensura mutabili, scilicet tempore vel instanti, sed illa mensura immutabili, invariabili, stabili, & aeterna, seu potius ipsa aeternitate inmutabilitate penitus, insuccesibiliter, uniformiter atque stabiliter permanente. In ipsa namque nulla diuisibilitas, nulla majoritas, nulla minoritas, nulla prioritas, nulla posterioritas, nulla mutabilitas, nulla accessio, nulla recessio, nulla successio, nihil praeteritum, nihil futurum, nec vila penitus differentia successiva, sed indivisiibilis, simplex, vna, eadem, insuccesibilis, ac insuperimplex, superunica, supereadem, superinsuccesibilis, ac superinstantanea presentia & similitas temporalis instantis. Hoc enim est finis praeteriti, initiumque futuri: ibi autem nihil praeteritum aut futurum, hoc est mutabile & succesibile quodammodo, eo quod aduenit, & recedit, incipit & definiri: non sic ibi, hoc instat nunc tantummodo illud semper, hoc, sicut & tempus est posterius aeternitate & instanti aeterno, & ipsam & ipsum imitatur, ut posse: quare & Deus cognoscit & vult indubilitatem, simpliciter, vniuersitatem, presentiam, arque simul, imo supersimpliciter, superunica, superinstantanea, superpresentanea, superlimal temporalis instantis. Quis enim presumperit dicere Deum alter & alter intrinsecè cognoscere aut velle secundum alias & alias differentias temporis successivas? Quis presumperit dicere omnipotentem & omniaque sibi sufficientem temporis creatorem indigere tempore, & successibus fluxibilis temporis, sicut miserabilem hominem ad cognoscendum quipiam & volendum, aut ad cognoscendum quicquam quocunque modo intrinsecè, contingenter, libere, necessario, vel alio quouskando: prima namq; suppositio, quintum & 23. primi, ac 30. huius premissa prohibet ita dici. Eandem quoq; sententiam, licet obscurè, antiqui Philosophi D. contestantur; quorum Pater Hermes de mundo & coelo i. sic scribit: Quicquid extenditur spacijs, vel annosum, vel seculare, vel perpetuum, vel aeternum consistit; annosum dissoluitur senio, seculare etate, perpetuum durabilitate, aeternum infinitate; ab aeternitate tempus initians, in aeternitate resolutur gremiu longiori circuitu fatigatum, scilicet de unitate ad numerum, de stabilitate digreditur ad motu; momentu suu temporis est quod mouetur, aeternitas quod ex qua tempus nascitur, in eam resoluti habet quod in vniuersum porrigitur. Qui & de verbo aeterno 43. Aeternitas, inquit, inaduersabilis, immobilia & insolubilis; hæc est ergo aeternitas, quæ nec ceperit esse nec definit, quæ fixa immutabili lege currendi sempiterna commotione versatur, oritur, & occidit alterius sepe per membra, ita ut variatis temporibus, his, de quibus occiderat, membris oritur. Pro isto autem dicto plenius exponendo, & melius cognoscendo, aduentendum quod scribit super eisdem 34. dicens, quod solus Deus est immobilia, nisi aliquis audiret dicere ipsius commotionem esse in aeternitate; sed magis & ipsa immobilia aeternitas, in qua omnium temporum agitatio remaneat, & ex qua omnium temporum agitatio sumit exordium; Deus ergo stabilis fuit, semperque similiter cum eo aeternitas; itaque quantum sit aeternitas stabilis, immobilia, arque fixa, tamen quoniam temporis, quod mobile est, in aeternitate semper vocatur agitatio, itaque mobilitas ratione temporis vertitur, efficiunt ut ipsa aeternitas immobilia quidem sola, per tempus in quo ipsa est, & est in eo omnis agitatio, videatur agitari, sic efficiunt ut aeternitas stabilitas mouetur, & temporis mobilitas stabilitas fixa fiat lege\* currendi; sic & Deus agitari credibile est in se ipsum eadem immobilitate: stabilitas enim ipsius in magnitudine est immobilia agitatio; ipsius enim magnitudinis immobilia lex est; hoc ergo quod est tale quod non subiectum sensibus, indefinitionem,

definitum, incomprehensibile, inestimabile est; nec sustineri etenim nec fieri, nec indagari potest. Vbi enim & quomodo, & unde aut quando, aut quale sit inceptum est. Fertur enim in summa stabilitate, & in ipso stabilitas sua, sive Deus, sive aeternitas, sive veterque sue alter in altero, sive veterque in vitroque sunt: Propter quod aeternitas sine definitione est temporis. Stabilitas enim ytpote defixa quod sustinere quæ agitabili sunt, possit beneficio firmatus, merito obtinet principatum; Omnis enim quæ sunt primordia Deus est & aeternitas: Mundus autem quod sit mobilis non habet principatum; Praevenit enim mobilitas eius stabilitatem suam in lego agitationis. Tempore & habendo immobilem firmitatem. Post quem Plato, & quidam Platonici de aeternitate, ait, & tempore differebant: Vnde Plato. 1. Timei 9. viens aeterno pro aeternitate sic ait, Dies & noctes & menses & annos, qui ante celestem exhortationem non erant, tunc nascente mundo iusserit existere, quæ omnia partes sunt temporis, nosque hæc cum tuo assignamus eidem solitaria naturæ, non rectè partes induimus restringimus. Dicimus enim fuit, est, erit; At illi solum esse competit iuxta veram sui certam rationem, suisse vero deinceps & fore non competit; hæc quippe genitrix temporis propria. Motus enim sunt, unus præceps, alter imminentis non rati sed temporis; qui quippe maius per perpetua immutabiliter ergo neq; junior, nec senior, nec fuit, nec erit, nec patuerit aliquid horum quæ sensibili natura paritur, sed hæc omnia vices sunt temporis imaginantis secundum. Apud quem insuper eadem aeternitas aliquoties seculum nuncupatur: Vnde Averroes. super i. de Cœlo & Mondo 100. vbi translatio quam expone habet seculum, dicit ita, Plato nominabat illud quod fuit antequam tempus fuisse, seculum, quia tempus est nouum apud ipsum, & intendit per seculum, esse terminans omnia entia, quod fuit ante tempus. Quos & Aristoteles subsecutus i. de Cœlo 100. aeternitatem bifariam dividit & distinguunt, ponens unam viæ cuiuslibet periodum naturalem, alteram vero a semper esse, scilicet uniformiter & immutabiliter, nominatam immortalis diuinum, scilicet Dei secundum suam substantiam, & omnem dispositionem intransmutabilis & penitus immortalis: nam quodlibet transmutatum factum intrinsecè secundum aliquam dispositionem necessario moritur secundum illam, scilicet quam amittit; Vnde sic ait, Hoc nomen diuinum enuntiatum est antiquis. Finis enim continens id, qd. vniuersiusq; vita tempus, cuius nihil est extra secundum naturam, aeternum vniuersiusq; vocatum est; secundum eandem aeternam rationem, & ratio cœli his, & omnes tempus, & infinitatem continens perfectioni, aeternum est, a semper esse sumens denominationem immortalis & diuinus; vnde & alijs communicatur est, his quidem clarius, his autem obscurius esse & viuere: Etenim quemadmodum in enkidij plurimis circa diuina multitudines declaratum est rationibus qd. diuina intransmutabile necessarium esse primum & summum, qd. sic habens testificatur dicitis. Neq; n. aliud est quod mouebit; illud enim utique erit diuinus; neque habet prauum nihil neq; indigens eorum quod ipsius bonorum nullo est; hæc autem tres causæ Philosophi sunt notanda. Norandum simillime quod vbi translatio noua D dicit, quod aeternum sumit denominationem a semper esse, translatio, quæ Averroes expōnit, sic dicit, hoc nomen derivatur a suo actu, quoniam semper est. Vnde potest elici, quod esse est quoddam agere, seu actio quædam entis, sicut vivere, & vita viventis, sicut 18. secundi fuerit declaratum: vnde & veterius aduentum, quod sicut secundum Philosophum 4. phys. Tempus fluxibile sequitur fluxibilem actionem, scilicet motum cœli; sic aeternitas stabilis sequitur stabilem actionem, scilicet esse Dei, & ab ipsa quodammodo derivatur, defluit & emanat. Sic enim punctus fluens lineam, & instantis tempus; sic & Deus instantis stabilitatem per aeternum suum veluti quandam fluxum videtur aeternitatem causare, & hoc maxime apud cognitionem humanam, quæ secundum Philosophum in de memoria & temporis, non fit sine continuo, nec sine ratione temporis arque motus, licet in Deo nullus sit fluxus mutabilitatis, aut temporaliter successivus. Ex his autem videtur aeternitatem posse sic breueri definiti; Aeternitas est mensura impartibilitate & immutabilitate permanens actus similiiter permanentis. Ratio generis & differentiarum non later. Vnde & patet aeternitatem præcedere tempus secundum naturam; Est enim passio prioris secundum naturam; Est namq; Dei & aeternitatis prior est naturaliter motu Cœli, sicut & Deus est naturaliter prior Cœlo, & quia hoc & ille causatur a Deo, sicut secundum & quartum primi monstrant: Vnde Philosophus 5. Metaphys. 16. Priora, inquit, dicuntur priorum passiones, ut restituendo levitatem, hæc enim linea secundum se passio est, illud vero superficii. Per eandem etiam videtur posse exponi illud Exod. 15. Dominus regnabit in aeternum, & vita. Si enim aeternum primo modo sumatur, verum est plane; si secundo, sic adhuc est Dominus quodammodo aeternitate superior. & ipsam transcendit, sicut causa, originans & principians suum cauclatum, originatum & principiatum: ab ipso namq; vicunq; causaliter, originaliter,

24. Philoso-  
phi.

Boetius.

II collectio-  
ne

Anselmu-

II nos

& principaliter derivatur; quare & propositio secunda de Causis sic ait, Omne esse superius, aut est esse superioris aeternitate & ante ipsam, aut cum aeternitate, aut post aeternitatem & supratempus. Nec reputo negligendum pro intellectu Scripturæ frequenter, quod ubi translatio noua habet aeternum, translationis, quam Commentator exposuit, habet quasdoque seculum seculorum, quandoque seculum, quandoque seculum seculi, quandoque secula: Plato vero quandoque aeternitatem & aeternitatem appellat, unde videtur, ita realiter esse idem. Quibus & concorditer Augustinus super illud Psalmi 105<sup>1</sup>. A 135<sup>2</sup>. Confitemini Domino quoniam bonis, quoniam in seculum misericordia eius, dicit quod hoc verbum Graecum interpretari potest in seculum, & similiter in aeternum. Qui & super illud Psalmi 105<sup>1</sup>, in generatione & generationem, vel sicut ipse habet, In generatione generationum anni tui, dicit quod per hoc verbum, in secula seculorum, solet in Scripturis sanctis aeternitas designari. Qui & super illud Psalmi 130. Speret Israel in Domino ex hoc nunc & usque in seculum, utramque translationem & distinctionem Philosophi sententialiter approbans, ita dicit, <sup>B</sup> Quod scribitur Graece, <sup>τότες τότες</sup>, hoc expositum est, ex hoc nunc & usque in seculum. Sed non semper seculi nomen significat hoc seculum, sed aliquando aeternitatem, quia aeternum duobus modis intelligitur; usque in eternum, hoc est autem semper sine fine, aut quoque veniamus ad aeternitatem; hoc ergo quomodo intelligendum est, quoque peruciamus ad aeternitatem speremus in Dominum Deum, quia cum venerimus ad aeternitatem iam fides non erit, sed res ipsa erit. Amplius autem 24. Philosophorum, 24. definitionem de Deo nona sic ait, Deus est, cui soli praesens est, quicquid eius temporis est, tempus Dei aeternitatem eius appellans. Inter omnes autem Philosophos, quos memini me vidisse, Boetius familiaris Philosophi alumnaus 5. de consolatione, prola ultima uirilitatem cognitionis aeternitatem, & proprietatem eius praedictas clarius exprimendo sic ait; Deum aeternum esse custorum ratione degentium commune iudicium est. Quia igitur sit aeternitas consideramus; hec enim nobis naturam pariter diuinamque scientiam patefecit; aeternitas est igitur interminabilis vita tota simili & perfecta possibilis, quod ex collatione temporalium clarius liquet. Nam quicquid vivit in tempore, id praesens a praeteritis in futura procedit, nihilque est in tempore constitutum, quod totum vitæ suæ spacium pariter possit amplecti, sed craftum quidem nondum apprehendit, hesternum vero iam perdidit, in hodierna quoque vita non amplius vivitus, quam in illo mobili transitorioque momento. Quod ergo temporis patitur conditionem, licet illud, sicut de mundo censit Aristoteles, nec experit unam esse nec definat, vita eius cum temporis infinitate pretendatur, nondum iam tale est, ut aeternum esse iure credatur. Non enim totum simili infiniti licet vita spacium comprehendit atque complebitur, sed futura nondum habet, transacta iam non haberet, quicquid igitur interminabilis vita plenitudinem totam pariter comprehendit ac possideret, cui neque futuri quicquam possidet ab sit, nec praeteriti fluxerit, id aeternum esse iure prohibetur, idque necesse est & sui compos praesens sibi semper assistere, & infinitatem mobilis temporis habere presentem. Hunc enim vita immutabilis presentiarum statum infinitus illuc temporalium rerum motus imitatur, cumque eum effingere atque exarare non posset, ex immobilitate deficit in motu, ex simplicitate praesentis decrescit in infinitum futuri & praeteriti quantitatem; & cum totam pariter vita sua plenitudinem neque possidere, hoc ipsis quod quoquomodo nunquam esse definit, illud quod implere atque exprimere non potest, aliquatenus videntur emulati, diligans se ad qualcumque praesentiam huius exigui volucrisque momenti, quæ quoniam manentis illius praesentia quandam gestar imaginem, quibuscumque contigerit id praefastis ut esse videatur; quoniam vero manere non poterit, in hodiernum temporis iter arripuit, eoque modo factum est, ut continuaretus eundo vitam, cuius plenitudinem complecti non valuit permanendo. Itaque si dignatebas nomina velim usum imponere, Platonem sequentes, Deum quidem aeternum, mundum vero dicamus esse perpetuum. Cui & concordanter Anselmus Monolog. 24. ait, Summatim substantiam constat sine principio, E & sine fine esse, nec habere praeteritum aut futurum, nec temporale, hoc est, labile praesens, quo nunc vivimus, quoniam aetas nunc aeternitas eius, quæ nihil aliud est quam ipsa, immutabilis & hinc partibus est. Nonne ergo semper, quod videntur designare totum tempus, multo verius, si de illa dicatur, intelligitur significare aeternitatem, quæ sibi ipsi nunquam est dissimilis, quam temporum varietatem, quæ sibi semper aliquo est non similis? Quare si dicatur semper esse, quoniam idem est illi, esse & vivere, nihil melius intelligitur quam aeternè esse vel vivere, id est, interminabilem vitam perfectè simili totam obtinere: videntur enim eius aeternitas esse interminabilis vita simili perfectè tota existens. Itam similiiter praesentiam & uniformem semper instantiam aeternitatis praedictam ostendit Propheta Psalmi 83. Melior,

A Melior, inquiens, eius dies una in atris suis super millia, quasi dicat, in atris suis est tantummodo dies tua, non multæ uariae ratione modo, & ideo indissibiliter semper instans. Hæc etiam uia dies potest dici similiiter dies multi, & etiam anni multi: Vade Job. 10. Nunquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humanæ sunt tempora? Et infra 36. Numerus annorum eius inestimabilis: Et Psalm. 76. Cogitau dies antiquos, & annos aeternos, in mente habui: Et Psalm. 101. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficiens. Potest & simili ratione dici singulariter & pluraliter omnia tempus, & omnia tempora; singulariter omne tempus, quia singulariter & indissibiliter omni tempori coexistit, & aequalem existendo; & pluraliter omnia tempora, quia omnibus temporibus stabiliter coexistit & aequalem existendo: Potest etiam diei maior quolibet tempore etiam infinito, si secundum Aristotelem supponatur quod quilibet tempore superior est & prior, sicut superius est ostensum, nec quicquam ibi sicut in fluoribili tempore defluit, vel auferatur, sed stabiliter permanet totum simul. Verum licet aeternitas possit metaphoricè omne tempus & omnia tempora nuncupari, potest tamen & instans figuraliter nominari, secundum illud Ecclesiastici quadragessimo secundo. Cognovit Dominus omnem scientiam, & iaspexit in signum tui: Imo & verius instans quam tempus vel tempora, quia insuscibiliter, imparabiliter, immutabiliter eadem numero semper instat. Ut autem intellectum prædictum Sacrae Scripturæ per sacros testes confirmem; Ecce Augustinus super illud Psalmi octogesimi tertii allegatum, <sup>Augustinus.</sup> Contemnunt, inquit, homines millia dictum, desiderant unum diem, qui non habet ortum & occasum, unum diem, diem sempiternum, cui non cedit hesternus, quem non uirget crastinus. Qui & 3. De libero arbitrio. vlt. eandem auctoritatem exponens, Millia, inquit, dierum in temporis mutabilitate intelligentur, unius autem diei nomine incomutabilitas aeternitatis vocatur. Qui etiam 1. Confess. 6. Non mutaris, neque peragitur in te hodiernus dies, quoniam anni tui non deficiens; Ani tui hodiernus dies. Quam multi nostri iam dies de patre nō nostrorum per hodiernum tuum transierunt: Et ex illo accepérunt modos uicinque existentes, & transibunt edhuc alij & accipient, & vtinque existent; tu autem idem ipse es, & omnia crastina arque vitam, omniaque hesternæ & retro hodie facies, hodie fecisti. Quid ad me, si quis non intelligat? Gaudet & ipse, dicens, quid hoc est gaudet? Et sic & amet non inuenient inuenire potius, quam inueniendo non inuenire te. Idem etiam super illud Psalmi. 101. In generatione & generationem anni tui; Qui, inquit, anni tui? Qui, nisi qui non ueniant & transeunt? Qui, nisi qui non ideo uenient ut non sint? Omnes enim dies in hoc tempore ideo uenient ut non sint, omnis hora, omnis mensis, omnis annus; Nihil horum stat, Antequam veniat, erit, cum ueniat, non erit; Illi ergo anni tui aeterni, Annii tui, qui non mutantur, in generatione generationum erunt. Non enim aliud anni Dei, & ahdus ipse, sed anni Dei aeternitas Dei est; aeternitas Dei ipsa eius substantia est, quæ nihil habet mutabile vbi nihil est praeteritum, quasi iam non sit, nihil est futurum, quasi nondum sit; Non est ibi nisi est, Non est fuit & erit, quia & quod fuit iam non est, & quod erit nondum est, sed quicquid ibi est, non nisi est. Et infra super illud, Annii tui non deficiens, Speremus, inquit, venturos nos ad hos annos itantes, in quibus non circuitu Solis peraguntur dies, sed manet quod est sicut est, quia hoc solam vere est. Beatus quoque Gregorius 16. Moral. 16. super illud Job. vicesimo quarto. Qui autem nouerunt cum ignorantis dics eis; Quid, inquit, dies Domini nisi ipsa aeternitas appellatur? Quæ nonnunquam viuis diei permutatione exprimitur, sicut scriptum est, Melior est dies una in atris suis super millia; Nonnunquam vero pro sua multitudine dierum multorum appellatione significatur, de quibus scriptum est, In seculum seculi enni tui. Nos itaque intra tempora voluimus per hoc quod creature sumus; Deus autem, E quia Creator est, omnia aeternitate sua tempora nostra comprehendit. Qui & supra 9. Moral. 16. super illud Job. decimo, Nunquid sicut dies hominis, dies tui &c. Dies, inquit, & anni hominis à diebus & annis discrepant aeternitatis, quia vitam nostram, quæ in tempore incipit, dum intra sinus sui latitudinem format, aeternitas deuorat, culus nimmitum immensitas, quia ultra citraque super nos tendit, sine inchoatione & termino eius aeternum esse dilatatur, eique nec transacta praetererunt, nec adhuc ventura, quasi quæ non apparent, desunt, quia is, qui semper esse habet, cuncta sibi praesentia conspicit, cumque aspiciendo post & ante non tendit, nulla intuitus mutatione variatur. Eudem quoque proprietatem aeternitatis insinuat Anselmus de Concor. 3. & 4. sicut vicesimum septimum huius allegat. De qua & Robertus Lincolniensis de libero arbitrio 8. cito, <sup>Lincolniensis.</sup> quod

quod aeternitas est in fine simplicitatis omni instanti simplicior. Hac etiam de aeternitate praesens. A milia omnes Doctores veteres & moderni vnamimenter profissentur.

## C O R O L L A R I U M.

*Corollarium, quod unicum & idem est instantis & immutabile penitus in toto aeternitate; & quod tota aeternitas non est multiplicior neque maior suo instanti, nec instantis aeternitas ipsa simplicius, neque minus; quare & quod idem est realiter aeternitas & suum instantis. Amplius autem & quod his nequaquam obstantibus dicitur aeternitas tota, magna, longa, etiam infinita, sius quoque, esse, & fore; aliquid insuper in ipsa sius quoque, esse, & fore: quamobrem & quod de Deo & actu eius intrinseco dicitur, trans B scriptive fuit, est, & erit; de actionibus tameneius extrinsecis propriè temporaliter dicitur fecit, & facit, & faciet.*

**E**x his autem evidenter infertur quod unicum & idem est instantis immutabile penitus in tota aeternitate, & quod tota aeternitas non est multiplicior neque maior suo instanti, nec instantis aeternitas ipsa simplicius neque minus, quare & quod idem est realiter aeternitas & suum instantis: amplius autem & quod his nequaquam obstantibus dicitur aeternitas tota, magna, longa, etiam infinita; sius quoque, esse, & fore; Aliiquid insuper in ipsa sius quoque, esse, & fore: quamobrem & quod de Deo & actu eius intrinseco dicitur transscriptive, fuit, est, & erit; de actionibus tameneius extrinsecis propriè temporaliter dicitur, fecit, facit, & faciet. Prima pars huius corollarij sequitur evidenter, cum secundum prius ostenta in aeternitate C semper instantes stabiliter nulla sit mutabilitas, nec diversitas aliqualis: Secunda sequitur ex eisdem, & ex prima: Tertia sequitur ex secunda: Quarta infertur ex secunda & tertia. Si enim aeternitas & suum instantis non essent idem realiter, different sicut tempus & suum instantis; quare & haec esset multiplicior atque maior, illud vero simplicius atque minus. Quinta similiter sequitur ex praemissis: aeternitas namque coexistit toti temporis, magno, longo, etiam secundum Aristotelem, infinito; quare & ab ipso huiusmodi denominaciones transcriptivas admittit. Sexta quoque sequitur ex hac quinta, & probatur similiter sicut illa. Septima D etiam infertur ex sexta & per ostensionem illius. Octaua vero pars eius potest infiri ex sexta. Huius autem transcriptionis causa est, quia non habemus verbum significans propriè aeternitatem stabilem mansionem, quare necessario cogitatur transferre secundum similitudinem qualquemque verba nostra temporalia secundum differentias qualibet temporales ad aeternitatem & Deum aeternum, & tisque suos intrinsecos coeternos, quia omni tempore coexistunt, nec nulli temporis defuerunt aut defunti, vel deerunt in futuro. Huic autem testimonium perhibet Anselmus de Concord. 3. Propositum, inquiens, secundum quod vocari sunt Sancti in aeternitate, in qua non est praeteritum vel futurum, sed tantum praesens, immutabile est in aeternitate: non enim fuit aliquid, aut erit aliquid, sed talorum est. Quamvis autem ibi nihil sit nisi praesens, non est tamen illud praesens temporale, sicut nostrum, sed aeternum, in quo tempore cuncta continentur. Siquidem quemadmodum praesens tempus contactat omnem locum, & quae in quolibet loco sunt; ita aeterno praesenti sumi clauditur omne tempus, & quae sunt in quolibet tempore. Cum ergo ait Apostolus, quia Deus Santos suos praeceperit, praedestinavit, vocavit, iustificavit, magnificavit; nihil horum prius aut posterius apud Deum est, sed omnia simul aeterno praesenti sunt intelligenda: Habet enim aeternitas suum simul in quo sunt omnia, quae simul sunt loco & tempore, & quae sunt in locis diversis vel temporibus. Ut autem ostenderet idem Apostolus non illa verba pro temporali significacione posuisse, illa etiam, quae futura sunt, praeteriti verbo temporis pronuntiavit: Nondum enim quos praeceperit adhuc nascituros, sic iam temporaliter vocavit, iustificavit, magnificavit; Vnde cognosci potest eum propter indigentiam verbi significantis aeternam praesentiam vnum esse verbis praeteriti significacionis, quoniam quae tempore praeterita sunt, ad similitudinem aeterni praesentis omnino immutabilia sunt. Nonne & de spiritu sancto voce veritatis veraciter dicitur, Quocunque audierit, loquetur, Ioh. 16. Super quod Augustinus part. 2. super Ioban. homilia 45. seu nonogesima nona totus sic ait: Nec moueat, quod verbum futuri temporis possumus est: Non enim dictum est quæcumque audierit, sed quæcumque audierit loqueretur. Illa quippe auctoritas semper

A piterna est, quia sempiterna scientia & in eo autem quod sempiternum est, sine inicio & sine fine, cuiuslibet temporis verbum ponatur sive praeteriti, sive presentis, sive futuri, non mendaciter ponitur. Quamvis enim natura illa immutabilis & ineffabilis non recipiat fuit & erit, sed tantum est; ipsa enim veraciter est, quia mutari non potest, & ideo illi tantum conueniat dicere, Ego sum qui sum, & dices filii Israel, qui est misericordia ad vos: tamen propriè mutabilitatem temporum in quibus versatur nostra mortalitas, & nostra mutabilitas, non mendaciter dicimus, & fuit, & erit, & est: Fuit in praeteritis facultis, Est in praesentibus, Erit in futuris: Fuit, quia nunquam defuit; Erit, quia nunquam deficit, & quia semper est; neque enim velut qui iam non sit cum praeteritis, occidit, aut cum praesentibus, velut qui non maneat labitur, aut cum futuris velut qui non fuerat oritur; proinde cum secundum volumina temporum locutio humana variatur, qui per nulla deesse potuit, aut potest, aut poterit tempora, vera de illo dicuntur cuiuslibet temporis verba: B semper itaque audit Spiritus Sanctus quia semper scit, ergo & sciuit, & scit, ac per hoc & audiuit, & audit, & audierit. Cui & concordanter Gregorius 23. Moral. super illud Iob 33. Semel loquetur Deus, sic dicit: Quod autem non ait, locutus est, sed loquetur, non videlicet tempus praeteritum, sed futurum ponens, liquet omnibus, quia Deo tempus nec praeteritum congruit, nec futurum: tanto ergo in eo quodlibet tempus ponitur liberè, quanto nullum verè; neque enim quodlibet liberè dici poterit. Si saltem vnum propriè dicteret, inde itaque dici in Deo tempus auctaetor quodlibet licet, vnde in eo dici propriè nullum licet. Ultima autem pars huius sequitur manifestè: Nam sicut actus Dei intrinsecus aeternus mensuratur aeternitate seu eius instanti, sic actio eius ex-trinsecus temporalis rebus temporalibus, tempore, temporis instanti, sicut & actio creaturez.

## C

## C A P. L I I.

Per viam aeternitatis ostendit sententiam 50°. prelibatam.



Ec autem de aeternitate idcirco parumper diffusus prelibauit, quia reputo mulcere difficile, & quaius difficilimum homini temporaliter & semper temporaliter assuetus ad agendum & intelligendum quaecumque cum differentiis & respectibus temporis distinguitur per modum praesentis, praeteriti & futuri nunquam statuum, sed tempus currentium, erigere intellectum illisphantasmibus temporalibus, istoq; carcere nubilo tanto tempore compeditum supra tempus, supra instantis, & supra omnes differentias temporales ad lecitem & libere speculandum aeternitatem semper sine mutabilitate codem modo manentem, nihil fluxus aut successionis habentem, nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, Deumque semper in illa tantummodo supra tempus & instantis correspondenter aeternum, ac aeternaliter simpliciter, vnicè, instantaneè atq; summi, imò super simpliciter, superunitè, superinstantaneè ac superstolidum temporalis instantis, semper cognoscere, volentes, atq; omnia intrinsecus facientem: hoc autem est si difficulter, tamen est necessarium cui libet volenti sine gravi errore in ista materia cognoscere veritatem. Ego autem quando junior fui, ignorans Scripturas & virtutem Dei, huius ignorantia exceccatus, seu potius cœcus natus, & falsa imaginatione deceptus, putavi cognitionem & evolutionem diuinam, sicut & humanam, per vicissitudines temporum alternari, ac alter aliterque disponi, sicut & superfici aliter legentibus videtur tuta Scriptura sacra testari: videatur enim scriptum dicere Deum aliter & aliter affici hominibus secundum quod ipsi aliter & aliter in bonis vel malis meritis alternantur. Sed quomodo haec & similia intelligi debent, exponunt vicecum quarecum & alternantur. Sed quomodo haec & similia intelligi debent, exponunt vicecum quarecum & alternantur. Hanc etiam ignorantiam reor causam, quare forsitan aliqui similes mei credant quod Deus aliter & aliter intrinsecè; quia non necessariè, & necessariò, libere, & non libere vult & scit futura, praesentia, atque praeterita, & eandem tem futuram, praesentem, in praeteritumque transmissam; quare & negant necessitatem omninodam à futuris. Sed huic ignorantiae aeternitatis virtute triplex videtur scientifica ratio, sciorum Autores, scientes Doctores, sapientes Prophetae, sapientes Apostoli, sapientissimus Iesu-

|| præscire  
sunt libe-  
rum vel ne-  
cessarium;

Hermes.  
cyprius.

Ecclesiasti-  
cus.

|| occulto-  
rum.

Boetius.

Iesus Christus, ac virtusque series testamenti. Omnis namque essentia eternitatis, scilicet A simplicissimè, vniuersimè, immutabilissimeque existens, similiiter pénitus vult & nouit voluta sua & cogitata vniuersa. Si enim sua voluntio, sive cognitio mutaretur, & ipsa necessariò mutaretur, sicut nullus ignorat, & vicesimum tertium primi monstrat: Deus autem est talis essentia, sicut idem vicerum tertium & quintum primi docebant. Omnis similiter actio propriè mensurata mensura immutabilis est immutabilis: hoc statim patet ex compunctione & correspondencia maria mensure ad mensurabilem & è contra, & potest ex decimo metaphysice confirmari: omnis, verò actio Dei intrinseca est mensurata mensura immutabilis, quia eternitatem, sicut precedentia proximo manifestant; omnis ergo Dei voluntio atque cognitio est immutabilis, immutabilis, inquam, secundum prius & posterus; in eternitate namque nihil prius aut posterius, sicut ex proximo praestensis appetere; nulla igitur Dei actio intrinseca aliter intrinsecè prius se habet: seu habuit, puta liberè secundum contradictionem aucte presentiam seu præteritionem rei, & aliter post, B pura necessariò; & quia tunc non propriè mensuratur eternitate, sed potius tempore, saltem quantum ad esse liberum vel necessarium, illo scilicet tempore, quo || præcisè fuit libera vel necessaria; quare & tota illa actio mensuratur toto tempore, sicut partes per partes, sicut & partes motus coelestis, præterita & futura mensurantur similibus partibus temporis, & ideo totus toto: immutabilis etiam ita quod postquam est aut fuit, non potest non esse propter causas predictas; immutabilis tertio ita quod quandoconque est, non potest non esse pro tunc, sed necesse est eam esse pro tunc, sicut & suam mensuram. Sicut enim qualibet rem mutabilissimam mensuram fluxibilissimo tempore vel instanti, quando est, necesse est esse, & quando mensuratur, pro tunc necessario mensuratur necessaria sequente; sic & qualibet actionem immutabilissimam Dei immutabilissimi mensuram eternitate immutabilissima, quando est, necesse est esse, & quando mensuratur, necessariò mensuratur. Quomodo namque rationabiliter affirmando C mundum mensuram fluxibilissimam nunc plenam quodammodo fluxibilissimo mensurato necessariò pro nunc illo repleri, & mensuram firmissimam nunc plenam quodammodo mensurato firmissimo posse pro nunc ab illo totaliter vacuari? Eternitas igitur necessitatè praesentialem importat, qua sicut ipsum, sic & omne, quod est in ea, quia semper [præsentia] est in ea, necesse est esse. Ut autem hæc predicta de Deo eterno, cuiusque actionibus intrinsecis coeternis, ipsique actionibus futuri semper in eternitate presentibus, & ideo necessarijs, ut sunt ibi, majorum testimonijs magis confirmem. Ecce Hermes De verbo eterno 43. qui sic ait; Hæc tria, *Heimarmene*, necessitas, ordo, vel maximè natus Dei sunt effecta, que mundum gubernant sua legi & ratione diuina; ab his ergo omne velle aut nolle divinitus adversum est totum, hæc ita non communentur, nec electuuntur gratia, sed seruunt necessitatem rationis eternæ, quæ eternitas in auctoribus, immobiliis, & insolubilibus. Ecce & Ecclesiasticus 42. qui dicit, Cognovit Dominus omnem scientiam, & inspexit in lignum æui, id est, signum seu instans eternitatis; & sequitur, Anceuntians quæ præterierunt, & quæ super ventura sunt revelans vestigia || scelerum. Non præterit illum omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo vallis sermo: Magnalia sapientie sui decoravit, quæ est ante seculum & usque in seculum, nec adiecum est nec minuerit, & non eger alicuius consilio, quoniam desiderabilis sunt omnia opera eius, & tanquam scintilla quæ est considerare. Omnia hæc viuunt & manent in seculum, & in omni necessitate obaudient ei. Ecce & magis expresse Boetus, qui 5. de consolatione Philosophi, prosa vlt. post verba sua de eternitate capit, proximo recitata immediate subiungit; Quoniam igitur omne iudicium secundum sui naturam quæ sibi subiecta sunt comprehendit; est autem Deo semper eternus ac præsentarius statu, scientia quoque eius omnem temporis supergressa motionem in sua manet simplicitate præsentia, infinitaque præteriti ac futuri spacia complectens, omnia quasi iam gerantur in sua simplici cognitione considerat: Itaque si præsentiam pensare velis, qua cuncta dignoscit, non esse præsentiam quasi futuri, sed scientiam nunquam deficiens instanti rectius estimabis; Vnde non præsentia, sed prouidentia potius dicitur; quia porro à rebus infinitis constituta quasi ab excelsa rerum cacumine cuncta prospiciat; Ita igitur cuncta despiciens, id est, deorum species, id est, videns diuinus intuitus, qualitatem rerum minime perturbat apud se quidem præsentium, ad conditionem vero temporis futurum. Vbi & infra ex hac præsentia futurorum in eternitate apud cognitionem diuinam similem necessitatè concludit; Nulla, inquietus, necessitas cogit incedere voluntate gradiente, quoniam eum tum cum graditur, incedere necessarij sit; eodè igitur modo, si quid prouidentia præsens

videt

A: vider, id esse necesse est, tametsi nullam naturam habeat necessitatem; Atque Deus ea furas, quæ ex arbitrij libertate prouenient, præseriat conuenetur; haec igitur ad intitulum relata diuinum necessarij sunt: hoc autem totum vigesimo octavo huius erat plenus declaratum. Hanc autem doctrinam sequitur sanctus Thomas super primam sententiam dist. 38. quæstione quinta, sicut vigesimus in Octauum huius plenus recitauit; & ne dum ibi, sed quasi ubique, vbi materia istam tractat. Eandem quoque doctrinam planissimè irritatur Anselmus de Concord. 3. & 4. sicut clare indicant eius verba vigesimo septimo huius scripta: Horum etiam scilicet Boetij & Anselmi, Robertus Lincolniensis de libero arbitrio reuenerit amplectitur hanc doctrinam; Vnde capitulo septimo, Licet, inquit, iocuti sumus de scientia Dei per modum præventionis temporalis, notissimum est tamen nihil in eternitate esse secundum etiam modum præventionis temporalis, sed non est facile de simplici statu eternitatis alter loqui intellectui infirmo, & adhuc versanti in phantasmaribus temporalium. Quare & supra 5. dicit, quod Deus scit omnia vno, indubitate, simpliciter, eterniter, semper, similiter, immutabiliter: Quapropter quod scit, non potest in posterum nescire, quia quam comparationem habent hæc dicta, me sedere, & me sedisse ad meam sessionem dum fedeo, & postquam sedi, eandem comparisonem habet scientia Dei ad meam sessionem cras, futuram antequam sedeam. Ipse enim scit futura tanquam præsenta, nec aliter scit ea cum sunt futura, & cum sunt præsenta vel præterita, ergo omni codem modo, quo necesse est Deum scire res cum sunt, vel cum præterita sunt, necesse est eum scire eadem antequam sunt; sed cum res sunt, vel præterita sunt, habet eius scientia necessitatem consequentem, ergo & eandem necessitatem habet antequam res euident. Nec obliuiscenda causa Doctorum; Dicunt omnia esse necessaria in eternitate, quia sunt ibi præsenta, quæ æquivalerent causa Philosophi, scilicet, Esse quod est, quando est, necesse est, quam & C clavisimè exprimit sanctus Thomas vbi fuerat allegatus. Hæc igitur eternitatis necessitas & equipollit necessitatè sequenti quinquagesimo huius ostendit; quedam ramen autoritates hanc necessitatem in eternitate ponentes, erant adductæ ad probandum necessitatem secundum causas superiores vigesimo septimo huius premissam, licet multum immediatus & euidentius altруit hanc quam illam; proper causam in finibus, quinquagesimo huius dictam. Hanc etiam necessitatem eternitatis predictam latet in aliis verba scripturæ, Confidit Domini in eternum manet, Veritas Domini manet in eternum, In seculum misericordia eius, statuit et in eternum, & in seculum seculi, sicut quinquagesimo huius patet. Quanta autem turba autoritatum veteris testamenti & noui, & authenticorum scriptorum tanta verba profert, talem vel qualemque necessitatem insinuat, quis ignorat? Harum etiam vigesimum septimum huius commeniorat quasdam paucas, quarum omnes vel ferè secundum eternitatem & necessitatem in eam intelligi sanè possunt; Vnde Anselmus D. de Concord. 4. dicit, Quicquid de his, quæ libero arbitrio, velut necessarium, sacra Scriptura pronuntiant, secundum eternitatem loquitor, in qui præsens est omne verum, & non nisi verum immutabiliter.

#### C O R O L L A R I V M.

Corollarium 30. partium est notandum; obiectumque & solvit.

E X his autem spiritu Dei bono benignius reuelante, possunt, ut spero, faciliter effici & E curi quidam diuini thesauri, preclavisimè margarite in agro scripture diutius militabunt & igitur, quedam videlicet per clarissimam ac profundissimam certitudines tuvel tuorum claritate: turbinum sedatus, adversariorum insultuum pacatum, ac obiectorum quæplutum respontus: Harum autem post tam diuturnam solitutem, præfigit, imagines quibusdam subtilibus ratiocinij, licet per medium terrum & terrum se prodentes, vi et cor mibi percipere & videre. Videatur ergo ex premisis conqui manifeste, quod Deus non prius tempore neque eternitate potuit noluisse priuatiè vel politiè quod nunc vult, sed tantum quadam prioritate nature seu cause, prioritate videlicet potentie voluntat ad actum; Imò & quod Deus ac etiam voluntas creata potuit similiter prius in hoc præfenti instanti noluisse quod nunc vult, Potuissetque seu posset vterque possibiliter, videlicet sine potentia precedente, seu quantum est de ratione sui potest nude & absolute considerata, sine de potentia absoluta aut non repugnante, nolle nunc & pro nunc, quod vult nunc; maximè si secundum opinionem quorundam creature, poteretur esse & nolle solument ex seipso, potest quodq; similiter illud nolle: Possibilitate vero sequente & determinata, actuata seu ordinata non potest. De scientia quoque Dei complexa posteriorum scriptorum similiiter iudicandum. Ex quibus insuper cia-

re pater quomodo significantur, differantur & conueniant in ista materia, potuit, potuisse, A posset & potest, posse, possibilis, potentia & potestas. Quomodo insuper potentia in Deo & in homine ad aliquem actum pro nunc, quem non habet nunc, potest educi seu exercitum illum, & quomodo hoc non potest; Quod etiam Deus & creatura est aliquaius vel non est, puta voleas hoc vel nolens, sciens vel non sciens, & posset ac potest possibiliter precedente absolute seu non repugnante non esse talis vel esse sine mutatione quacunque; Possibilitate vero ordinata seu actuabilis non sic potest. Amplius autem & quod diuina voluntario est semper & quae libera & contingens intrinsecè, quare & quae libera & contingens intrinsecè respectu presentium & praeteritorum, sicut respectu futorum, & semper & quae necessaria, quare & quae necessaria respectu futorum, sicut respectu presentium & praeteritorum. Item quod Deus possibiliter precedente, seu quantum est de ratione diuina potentia nude & absolute considerat, siue de potentia absoluta, aut non repugnantia posset & potest nunc & semper in futurum non velle, & nunquam in praeterito voluisse quodcumque posset in futurum, praescios atque praeteritum: Potentia autem sequente & determinata, actuata seu ordinata non potest. Eridem est de Deum posse velle, & voluisse, quod non voleat, vult, aut voluit, & non posse; De posse quoque non facere, & non fecisse; quod faciet, facit, aut fecit, similiter & non posse; ac posse facere aut fecisse quod non facit, facit, nec fecit, similiter & non posse; Quare & correspondenter quod res qualibet nunc futura posset & potest pro nunc non fore, & quae libera & creatura nunc praescens posset seu potest nunc & pro nunc non esse, quae libera & etiam res praeterita similiter non fuisset, correspondenter quoque non possunt: Quod etiam res, quae non est futura, potest esse futura, & quae non est nunc, potest nunc & pro nunc esse; & quae nunc non est praeterita, potest nunc esse praeterita, atque quod correspondenter non possunt. Praeterita, quod de futuris contingentibus apud Deum est veritas determinata, apud creaturam vero nequaquam, nisi Deo solitanus reuelante; immo & quod apud Deum est intrinsecè & quae determinata veritas de futuris, sicut de praesentibus atque praeteritis; quare & quod apud Deum intrinsecè est & qualis necessitas & libertas respectu presentium & praeteritorum, sicut respectu futorum, & qualis necessitas respectu futurorum, sicut respectu presentium & praeteritorum, apud causas vero inferiores non est sic & qualis contingencia aut libertas, neque necessitas sic & qualis.

Petrus.

Error  
Bernardus

Stephanus.

II predica-  
tiones

Vt autem haec veritates praelare secundum Philosophorum sententiam: oppositis suis iuxta positis magis effulgeant, Ecce quae communiter opponuntur: Obiciunt siquidem aliqui contra necessitatem leuentem, siue secundum eternitatem in voluntate diuina praedictam faltem respectu esse. Tuum futorum, dicentes, Deus prius potuit noluisse quod vult, & voluisse quod non vult, non praescivisse quoque quod praescit, ac praescivisse quod non praescit; Non enim est impotenter quam sit homo, Vnde & Petrus I. sentent. dist. 40. dicit; quod Deus ab eterno potuit istum non predestinare: & supra dist. 38. dicit Deum potuisse non praescire quod sit; & super istam sententiam multis ibi distinctionibus & capitulis sustentatur, quem & plurimi imitantur. Rursus, ut dicunt, Deus potuit non facere quod facit, aut fecit, facere quoque quod non facit aut fecit, aliter insuper & alia facere ac fecisse; Potest quoque Deus non facere que facit, & quae non faciet facere. Alias etenim non esset omnipotens, sed ligetur. Hoc idem multe vulgatae autoritates Scripturae canonicae, & canonicorum Doctrorum planissime contestantur. Quare & *"opinio"* Petri Abelardi affirmans, breviter dicit epistola decima, quod ea solummodo Deus potuerit facere, vel dimittere, vel eo meminisse, vel eo tempore quo facit, non alio, a Papa Innocentio tanquam heretica dictinabatur, testante scripto eius balsato inter epistolulas Bernardi decimo quartio loco transcripto. Stephanus quoque Parisiensis Episcopus damnavit articulum assertorem, quod Deum necesse est facere quicquid immediatae sit ab ipso; Error, inquietus, siue intelligatur de necessitate actionis, quae tollit libertatem; siue de necessitate immutabilitatis, quia ponit impossibilitatem alter faciendo. Item non est necessitas futura contingentia evenire; quare & realiations, promissiones, iurations, & tradiciones, Dei, Christi, & Prophetarum, possunt simili possibiliter fallati; quare & contraria sententiam, sicut contra oppositam redunt omnes absurditates capitulorum quamplurium praemissorum. Item secundum hanc & quinquagesimo huius praemissa, non est necesse necessitate precedente Deum velle quod vult, quare & oppositae potest illud non velle, & simili ratione quod non vult velle. Cetero ergo illa potentia non sit otiosa in Deo, potest exire in actum; quare & simpliciter potest velle quod non vult. Quoniam item & rationes per viam immutabilitatis trigesimum secundo hinc inducitur, procedunt, vel si procedunt, cum ex

Deum

A: Deutur posse nolle quod vult, & velle quod non vult, & Deum esse mutabilem simili consequitur. Item eti si voluntas & cognitionis Dei esset necessaria quoquomodo, non tam tam ita necessaria respectu futorum, sicut respectu presentium & praeteritorum; quare si esset magis necessaria re praesenti sua mutatione quacunque, quod trigesimum huius confirmat, vel per mutationem in ipso, quod trigesimum secundum huius enervat. Nisi enim diuina voluntas atque cognitionis esset magis necessaria respectu presentium & praeteritorum quam futorum, posset Deus equaliter non velle & non scire presentia & praeterita, sicut futura; quare & illa nedium possent solus modo, immo & equaliter possent non esse, & non fuisse; sicut ista non fore. Estet quoque in eis aedum contingencia ad virtutibet & libertas, verum & tanta sicut in futuris, & tanta necessitas in futuris licet in illis: Veritas insuper determinata, immo & determinata equaliter hic & ibi; quae omoia tam ratiō quam autoritas Philosophus. B: multiplex prohibet manifeste. Si namque res praesens posset pro nunc non esse, & praeterita non fuisse, per aliquam mutationem, de tali videlicet in nostro tale hoc posset, quod contradictionem implicat evidenter. Expediet quoque hominibus ita consilium de praeteritis, sicut de futuris; immo non expediet consilium de illis, sicut nec de illis; Posset quoque secundum istam sententiam deuirginata reuirginari, sicut è contra. Philosophus etiam t. per huius menias vlt. Este, inquit, quod est, quando est, quod non est, quando non est, necessere est; quod etiam contestari videntur autoritates Auctrois, Hugois, & Petri sexto huius prescripta, aliaeque non paucæ. Idem quoque Philosophus vbi prius alfrist euidenter, quod in praeteritis est necessitas determinataque veritas, in futuris vero nequaquam, sed contingencia ad virtutibet, & libertas, ac indeterminatio veritas, & quod si omnia futura necessarij fierent, consilium vel negotiorum nullatenus oportere. Qui etiam 3. Ethic. 7. ostendit consilium non esse de necessarijs quibuscumque, sed tantum de his quae sunt in nobis, in nostra scilicet potestate: Qui & infra sexi secundo, Non est, inquit, eligibile nisi factum, puta nullus eligillion captum fuisse; Nec enim consilium de facto, sed de futuro & contingenti: factum autem non contigerit non fieri; proprius quod recte Agatho, Solo enim ipso & Deus priuat, Ingenita facere quae utique sunt facta. Qui & in de Mundo vlt. dicit, Ita est autem statuta in facto quidem in uirtutum futurum Attropos dicitur, id est, immutabilis, eo quod omnia quae facta sunt, immutabilia sunt. Quibus & concorditer Plinius 2. Naturalis historie, dicit, Deum non posse facere, vt qui vixit, non vixerit, quiboho res gesit, non gessit, nullumque habere in praeterita ius nisi obliuonis. Hæc eadem sententia multi Doctores Catholicæ multis locis, specialiter autem reuirginationi corrupte videatur contradicere Amos 5. Virgo, inquietus, Israel projecta est in terram suam, non est qui suscitetur eam; super quod glossa; Ita si ut virgo Israel quae etrauerit, non habeat suscitatem, quia qui semel ab unione discesserit, & virginitatem, quam cum uno vito habeat, perdiderit, pristinum D: statum & virginitatem & uirginis beatitudinem recipere non valebit. Vnde & Hieronymus Hieronym. ad Eustochianam virginem, epistola 82. sic scribit; Cau, queso, ne quando dicat de te Deus, Virgo Israel cecidit, & non est qui susciteret eam, audenter, audacter loquar, cum omnia possit Deus, suscitere virginem non potest post ruinam; Valer quippe liberare de pena, sed non vult coronare corruptam: & allegatur in canone tricesima secunda, quæstione quinta, Si Paulus.

E: Ut autem istis insulibus tuus occurrit, probanda sunt veritates premissæ, vt sic scuto veritatis solidæ circundante, non timetur à timore quoconque.

F: Pro prima siquidem veritate secundum, quod nolle priuatu dicuntur nolle propter priuationem actus volendi; id est, non velle; Nolle vero positiue dicuntur nolle per actum voluntatis præstatutum actum volendi contrarium, quasi respicte, vel odire: hoc autem manifeste consequitur ex premissis; Nam secundum prius ostensa, Deus nequaquam aliter & aliter intrinsecè aut temporaliter seu voluntari secundum volumina temporum successiva, sed eterniter, immutabiliter & stabiliter est: quicquid est intrinsecè quodvis modo.

G: Secunda similiter veritas sequitur evidenter. Nam secundum premissa, in eternitate nulla est prioritas aut posterioritas durativa, nec illa successio hinc in illud.

H: Tertia vero videtur patere virtute diuinarum priuatum. Si enim est ibi aliqualis prioritas, sicut omnes sententia, & nulla secundum tempus, nec secundum eternitatem, relinquitur quod tantum secundum naturam, cum alijs prioritatibus modi non habeant ibi locum. Pro hac ratiōne veritate plenus ostendenda sciendum, qd. potentia voluntaria in Deo, sicut & in creatura, præcedit naturaliter quodammodo suum actum, sicut causa causatum, gigiens genitum, & producens productum, qui modus prioritatis in dictinis 30. 2<sup>di</sup> huius placitū est ostensus: hæc

hęc autem potentia voluntia secundum prius ostensa, quartus & quinto, etiam comple-  
misiōne preparata sive disposita, quatenus præcedit naturaliter liberum actum suum ad ex-  
tra, quem uac preſentialiter & aeterniter elicit, posset illum non elicere, quia non  
est ibi necessitas antecedens, immo & qualiter, contingenter, indifferenter ac libere secun-  
dum contradictionem se habet ad producendum illum & non. Hęc autem naturalis seu cau-  
ſalis prioritas apud Deum aeternum similis est quodammodo prioritatē temporali apud ho-  
minem tempore, quā prius tempore potuit noluisse quod nunc vult; quare & secun-  
dam similitudinem proportionis, prioritas temporalis dicitur, quod prius Deus potuit  
noluisse quod nunc vult; vbi tamen non propriè significatur prioritas temporalis, sed so-  
lum prioritas naturalis seu causalis, potentiæ liberae secundum contradictionem ad liberum  
actum suum. Veruntamen apud hominem temporale præter istam prioritatē tempo-  
ralem, est illa prioritas naturalis atque causalis, potentiæ scilicet voluntatæ & actus ad  
actum. Potentia namque voluntia humana, quantum est de se etiam sufficientissimè pre-  
parata, quatenus præcedit naturaliter liberum actum suum, quem preſentialiter nunc  
producit, posset illum non producere, quia non est ibi necessitas antecedens, immo &  
qualiter, contingenter, ac libere secundum contradictionem se habet ad produ-  
cendum illum, & non, sicut patet ex quarto huius, Sequento. Verum ut istud clarissimè elu-  
cescat, ponatur secundum probabilitatem probatione octava veritatis quinti huius, creatu-  
ram rationalem Angelum vel hominem fuisse creatum in A instanti, præterito cum dispo-  
sitione sufficientissima ad volendum, & voluisse in illo bene vel male, puta Angelum be-  
ne, hominem vero male, nec ultra. A fuisse, utique igitur secundum Corolarium quar-  
ti huius, libere secundum contradictionem voluit in A, ista bene, ille male; quare & v-  
terque potuit, & consequenter prius potuit non taliter voluisse: Verbum namque præ-  
dicti temporis prius importat, quod recte nequit intelligi de prioritate temporali, nec alia  
qualibet successiva, sed tantum de prioritate naturali & causalī prædicta. Maxima quo-  
que causa, quare videtur dicendum, quod Deus & homo prius potuit noluisse quod vult,  
est ut soluetur in eis contingencia & libertas, que videntur possibiliter ad oppositum se-  
cundum prioritatem temporalem necessariō importare. Verum non necessariō hanc im-  
portant, sed tantum illam prioritatem causalē prædictam, sicut ex sedula & octava veri-  
tatis quinti huius, & ex eorum definitionibus sexto huius, & specialiter ex dictis Iohan-  
nis Scoti positis ibi patet. Potuit ergo Deus similiiter prius causaliter noluisse priuatue  
quod nunc vult, quare & similiiter possumus. Hęc autem arbitror irreducibilem Doctrinam quo-  
randam dicendum potest in quadam priori ad actus suos posse non producere il-  
los actus, sed contrarias aliquando. Huius autem prioritatis causalis in Deo aeterno: igno-  
rantiam puto causam, quare aliqui forsitan opinantur Deum aeternum, sicut hominem  
temporalem, secundum prius & posterius in tempore, aliter & aliter successivam intrin-  
sece posse & agere, affici & disponi. Proprietate similitudinem namque barum diuinitutis simi-  
litudinem, & consuetudinem maximam hominum temporalium mensurandi potentias &  
aditiones temporales secundum prius & posterius in tempore, nequaquam dijudicat in circillas,  
sed illam causalē estimant temporalem: Non sic autem non sic secundum Partium senten-  
tiam, sed longe aliter sentiendum. Imaginandum itaque, veritatis imaginem imitando, Deum  
aeternum non temporaliter nec instantaneū temporali instanti, sed supertemporaliter & super-  
instantaneū instantie temporalis, in instanti aeternitatis vicino & simplicissimo, aliquid pos-  
tius liberè voluisse; & quomodo prius potuit illud volutum noluisse, quia non prioritate in  
tempore neque in aeternitate, sed tantum prioritate causalī prædicta: quod ut homines tempo-  
rales temporaliter cogitantes per instantis temporis esse notissimum, ad instantis aeternitatis ig-  
notius utique confurgant; iuxta imaginem de creaturis premissam imaginandum, quod  
Deus in instanti creationis mundi, quod sit A aliquid inferius liberè voluisse, & nunquam  
posttemporaliter habuerit potentiam libere voluntam, sicut nec proprie temporaliter neg-  
avit. Imaginetur enim per impossibile forsan vel per possibile, ut videatur, quod ipsi A  
nullum tempus successit, vel per impossibile quod ipsi Deo immediatus post A fuisse ademp-  
ta potentia liberè voluntia, & quomodo prius potuit illud volutum noluisse, quia non priori-  
tate temporis nec aeternitatis, sed tantum natura seu causa: Nec potest quis ponere du-  
cationem aliquam successivam, & longam ante A, sicut ostensum fuerat primo, prius:  
vel forte contra proteruum saltus imaginetur Deum non præcessisse A per durationem  
aliquam partitulam successivam. Hoc ideo videtur posse ostendit, nulla imaginatione possumus  
modi suffragante, sed ipsa sola & sola catholica veritate; Deus enim creauit mundum in A,  
tuncque voluntate mundum esse; quare secundum quod obiectabatur primis, prius potuit  
noluisse.

A noluisse mundum tunc esse. Sed qua prioritate? Non temporis, non aeternitatis, non dura-  
tionis successiva, sed tantum naturæ & cause, sicut superius est ostensum. De potentia au-  
tem naturalibus & irrationalibus, licet præcedant naturaliter & causaliter suos actus, alter  
fentiendum. Ibi namque non est libertas contradictionis ad agendum & non agendum, sed  
necessitas antecedens, sicut constat ex prius ostensis secundo huius & quarto. Licet etiam po-  
tentia voluntia in Deo ad <sup>ii</sup> imma præcedat quoquomodo causaliter suum actum, quo videlicet <sup>ii</sup> necessaria  
vult se esse, vult & amat sua essentialia voluntaria; non tamen potest aut prius causaliter po-  
tuit non sic vult, quia per modum naturæ & necessitatis præcedentis, non libertatis contra-  
dictio ita facit, sicut & generat atque spirat: Objectiones autem contrarias possibiles fieri  
quadragesimum tertium primi solvit.

Quarta veritas satis claret ex tercio & probatione ipsius: secundum siquidem quartæ senten-  
tiam, forsitan exponentum illud Psalmi secundi, Filius meus es tu, ego hodie genui te:  
B non enim videtur accipiendo propriè ibi diem, pro die fluxibilis temporis, sed pro die  
seu instanti aeternitatis, ubi nihil prius aut posterius successu, sicut præmissa isto capitulo  
& proximo manifestat: quare & Augustinus illud expounding sic ait; Hodie quia præsen-  
tia significat, atque in aeternitate nec præteritum quicquam est quasi esse desiderit, nec  
futurum quasi nondum sit, sed præsens tantum, quia quicquid aeternum est, semper est,  
diuinitus accipitur secundum illud dictum; Ego hodie genui te, quo temporenam gene-  
rationem virtutis & sapientie Dei, qui est unigenitus Filius, fides sincerissima & catho-  
lica prædicat. Hodie ergo instantaneam præsentiam aeternitatis designat, & tamen non  
dicit hodie gigno te, quod tamen verisimile diceretur, sed, Hodie genui te, ut significet  
nallam esse prioritatem temporalem seu <sup>ii</sup> duratiuam Patris ad Filium, sicut quidam hæ-  
retici fabricarunt, sed tamen quandam prioritatem originis sive causæ, de qua tricesimo  
secundi plenius tractabatur: secundum quem modum & Angelus nunc primò creatus,  
C cognoscens & volens posset dicere actum suo, Ego hunc in hoc præsenti instanti genui te sive  
produxi.

D Pro quinta vero sciendum quod duplex est necessitas, scilicet præcedens, & sequens, sicut  
secundo huius & post tamen dicebatur; ideo correspondenter duplex est potentia, possibili-  
tas, seu potestas, scilicet præcedens & sequens. Præcedens est quasi contrafacta necessitatē præ-  
cedenti, qua scilicet, posita potentia seu causa actua sufficientissimè præparata, quatenus ipsa  
præcedit naturaliter & causaliter suum actum, possibile est secundum contradictionem actum  
producere, & non produci, quia non est ibi necessitas antecedens, sed contingentia ad virum  
liberet, & libertas contradictionis, sicut in ostensione tertie dicebatur. Potentia autem sequens  
simili modo opponit necessitatem sequenti. Potentia etiam nudè & absolute considerata est  
potentia actua, quatenus præcedit actum, nec limitatur aut determinatur per aliquid. Po-  
tentia vero absolute seu non repugnantia dici potest, qua possibile dicitur quicquid contra-

D dictiōne & repugnantiam formaliter non includit in consequentia bona simpliciter & for-  
maliter, de qua primo primi in ostensione primæ suppositionis plenius dicebatur, & correspon-  
der necessariō simpliciter & penitus absolute, quod scilicet non esse, repugnantiam contra-  
dictio formaliter implicat & involuit: vnde Philosophus 1. Prior. definit contingens  
oppōsitum necessariō isto modo: dico autem contingens, quod non ex-  
istente necessario, scilicet absolute, posito tamen in esse, nihil erit propter hoc impos-  
sibile; quo posito, inquit, in esse, scilicet per illam speciem obligationis, que positio no-  
minatur, nihil erit, id est, accidet in consequentia formaliter simpliciter impossible, scilicet  
simpliciter & penitus absolute, quod contradictionem formaliter implicat & includat. Ab  
hac autem potentia absoluta & non repugnantia, puto Deum dici omnipotenter veritas de po-  
sterioribus Dei voluntate, per quartam & probationem illius ostenditur manifeste.

E Quis etenim dubitat ad voluntem Dei ad extra non esse necessitatem præcedentem, sed li-  
bertatem contradictionis purissimam, quare & potentia præcedente secundum expositionem  
potentia præcedentis præmissam, ipsum posse nolle quod sic vult? Quis etiam dix-  
erit Deum omnipotentem, quantum est de ratione sive potentia nude & absolute considerate,  
seu etiam de potentia absoluta, aut non repugnantia secundum expositiones priores, non  
posse nolle, quod sic vult? Vnde & Iohannes Scotus super 1. sentent. dist. 40, proposita  
questione, Virum prædictum posuit dominari, respondens primo dicit, quod præde-  
minatio propriæ sumptu actum voluntatis diuinæ, scilicet electio hinc aliquis creatu-  
rae intellectus seu rationalis ad gratiam & gloriam: Secundum distinguat questionem pro-  
positam secundum compositionem & divisionem, & negato scilicet compósito, dicit quod

in aeternitate  
tamen

in sensu diuiso haec duo, scilicet esse prædestinatum & posse damnari, diuisum in duabus categoricis dicuntur de eodem, nec ideo opposita sunt simul vera, nec etiam potest unum succedere alterius. **i. quia in aeternitate** non potest esse successio; sed ista sunt vera simul, in quantum volentio divina consideratur, ut prior, naturaliter transitu ipsius super istud obiectum, quod est gloria isti, in illo priori naturaliter, non repugnat sibi esse oppositi obiecti, immo possit essentialiter esse oppositi, sed non simul amborum. Quis insuper concesserit creaturam rationalem, maximè si voluerit & noluerit tamummodo ex seipso, ex necessitate præcedente, & non ex libertate contradictionis producere libertum velle suum, vel etiam sicut de facto nunc vult, Deo scilicet prætagente, & ex necessitate præcedente respectu inferiorum causarum, & non ex libertate contradictionis respectu illarum producere libertum velle suum, quare & correspondenter possit potentia præcedente illud nequaquam producere? Nec auiquis estimabit creaturem rationalem, quantum est de ratione sive potentia nude & absolute considerare, & de potentia absoluta, & non repugnantia non posse nolle hoc quod nunc vult. Quotmodo namque, isto nunc volente cras legere, ista simplex categorica, Iste, non vult nunc cras legere, per se simpliciter & formaliter absolute repugnantiā implicat, aut contradictionem includit? Quis enim tam necius in positione obligatoria, ut hac admissa tanquam possibili, non se faciliter à contradictione defendat, & ab omni impossibili absoluē, omne sequens formaliter concedendo, repugnans negando, impertinens rei sciendi, sicut Iurista? Alias etenim quocunque uno posito, posset de quolibet disputari, vel secundum suam qualitatem, si voluerit, respondendo, sicut & de isto; In A. hoc præseuo instanti existenti Londino, si ponatur tanquam absoluē possibile, & similiter admittatur, Iste non est Londini, sed Romæ in A. nulla contradictione formaliter sequitur, nec aliquod impossibile absolute, licet ut nunc & per accidens contradictione & impossibile absolute consequi videatur, quod iste videlicet, qui est Londini in A., non sit Londini, sed sit Romæ in A.; illud tamen per se simpliciter & absolute constat non sequi; C quod enim iste sit Londini in A. non est necessarium absolute, nec esse Londini in A. per se & essentialiter inest huic in A. Imò quatenus est de natura rei, & de rerum potentia absolute, non repugnaret hoc non inesse huic in A. Potuit enim iste arripiunt iter à diu, & in A. vel prius Romanum finaliter peruenisse. Simili quoque modo iste homo qui in A. est albus & sedens, potest in A. non esse in A. albus nec sedens, sed niger & stans aut iacens. Et si quis obijicit quod simili modo possit seu potest Deus non esse; falsissimum est, sicut corollarium decimiquarti primi docet. Hanc autem sententiam plane testatur Iohannes Scotus super i. sentent. distinctione secunda, Voco, inquiens, contingenter causatum, cuius oppositum possit fieri quando illud fit: & infra super dist. 39. Non modo, inquit, Est causa contingens, quia præexistebat ante illud instans in quo causat, & tunc ut præexistens poruit causare vel non causare; quia sicut hoc ens quando est, est necessarium vel contingens, ita causa quando causat, tunc causat necessariò vel contingenter. Ex V quo igitur in isto instanti voluntas causa hoc velie, & non necessariò, ideo contingenter; est igitur potentia causa ad oppositum eius quod causat sive successione, & illa potentia realis est potentia prioris naturaliter, ut auctus primi, omnia quæ sunt posteriora naturaliter ut auctus secundi: auctus primus consideratus in illo instanti, in quo est prior naturaliter actu secundo, ita ponit illum in esse tanquam effectum suum contingenter; qui ut prior naturaliter posse et non ponere, sed oppositum in esse. Qui & ibidem distinguendo multis variam libertatem, sic ait, Est & alia libertas non ita manifesta absque omni successione; ponendo enim voluntatem crearam tantum habere esse in uno instanti, & quod ipsa in illo instanti habeat voluntatem, non necessariò tunc habet eam; quod & consequenter ostendit per artem obligatoriam, ponendo tanquam possibile illam voluntatem in illo instanti non esse, sicut superius faciebam. Hanc eandem sententiam proficitur Henricus de Gandaio s. de quolibet, quæstione quarta, dicens quod ista in sensu diuiso, E Quod Deus vult, non potest non velle, babet duplē causam veritatis, de quarum secunda sicut ait; Alia autem causa veritatis est, Deus non habet in se potentiam, qua possit ipsi inesse voluntas eius quod vult, quod falso est, quia potestas in voluntate Dei circa esse actuale creaturarum, ut dictum est, nulla est necessitate determinata, immo quantum est dese, est ad utrumlibet de volendo illud, & non voiendo, nihil cognoscendo de possibilitate vel non possibilitate sucedendi circa voluntatem Dei auctum non habet actum volendi, sed præcisam dicti possibiliterem ad utrumque, quantum est de natura diuine voluntatis, & in illo sensu immutetur illa est ratio in tentiū, Non teneamus non est possibile non sedere; ergo secundum eum, illum qui nunc non sedet, nunc & pro nunc possibile est sedere.

Hoc

Henricus.

A Hoc idem confirmat dictum sancti Thomæ i. part. sum. particula 19. quest. 3. quinquagesimo huius scriptum.

Veritas autem sexta ostenditur per hanc quintam; & per ostensionem illius.

I Pro septima veritate sciendum quod eadem est actuata & etiam ordinata possibilis scilicet superius definita, & possibilis determinata, actuata, seu ordinata. Sicut enim necessitas, qua omne quod est, quando est, necesse est esse, dicitur sequens, determinata, actuata & ordinata; sic & possibilis opposita, qua secundum quosdam, aliquid quod est, dum est, potest potest non esse, cognominatur eisdem nominibus proper defectum nominum seu cognominum propriorum, differentiatum scilicet propriarum. Hac autem septima veritas cognitio taliter intellecta manifeste consequitur ex prius ostensiō hic & quinquagesimo huius supra. nem Ostensum namque fuerat hie & ibi, quod actum voluntatis diuinae sicut & humanae, quando est, necesse est esse necessitate sequente; quare possibilite opposita, non est possibile ipsum

B non esse.

Pro octava sciendum, quod scientia Dei est duplex, incompleta scilicet & completa, quomodo homini ignoranti & balbienti illam cognoscere & exprimere est concessum, sicut 18. || balbo primi plenius ostendebat. Scientia autem Dei completa scitorum posteriorum voluntate diuina per idem 18. est per voluntatem diuinam, quare & illam negatiū & affirmatiū consequitur secundum veritates de ipsa præmissa. Scientia autem Dei incompleta, & simplicis apprehensionis nequaquam diuinam consequitur voluntatem. Deus enim sic cognoscit necessariò simpliciter cognoscibilis vniuersa, & licet potentia cognitiva in Deo præcedat quodammodo naturaliter seu causaliter istum actum, non est tamen quis modo possibile quin semper producat & habeat illum actum, sicut in ostensione tertiae veritatis de similibus dicebatur: de scientia quoque Dei completa scitorum priorum voluntate diuina similiter sentendum, sicut de eius scientia incompleta.

C Pro nona repto sentendum quod, Potuit, dictum de Deo nequaquam propriè significet prioritatem temporalem, nec aliquam successiū, sicut ex præmissis apparet, sed prioritatem naturalem, seu causalem potentie libera secundum contradictionem ad liberum actum suum, secundum quam prioritatem scilicet quatenus causa præcessit. sic actum potuit illum nullatenus produxisse, sicut in ostensione tertiae veritatis superius dicebatur: Si tamen de creatura dicatur, potest virtus prioritas congrue designari, quoniam apud ipsam virtus prioritas reperitur, sicut ostensio tertiae patet fecit. Convenientius autem & consuetius dicitur verbum, Potuit, præteriti temporis, pro præterito, quam pro præsenti; sicut quod Deus potuit noluisse creare mundum in A. instanti præterito quo creavit; & de creaturis similiter, scilicet de Angelo & homine in A. instanti præterito creatis & volentibus, sicut in ostensione tertiae dicebatur; quanquam & de præsenti, licet minus consone possit dici, sicut quarta veritas ex præmissis. Potuisse autem, sicut cuiuslibet animus acquiscit, candom prioritatem signifi-

D cat, & hoc propinquius quam potuit huic prioritati cauiali secundum intellectionem humanam, & remotius à prioritate temporalis, quod & dicitur convenientius de præterito quam præsenti; convenientius tamen quam Potuit dicitur de præsenti. Potest etiam congruediligere potentiam nude & absolute consideratam, sive potentiam absolute, aut non repugnante, sicut quinta veritas loquuntur, ut sic dicitur, quod iste potuisse hoc vel illud, hoc est, quatenus fuit de ratione potentia absolute, ita quod nulla repugnativa formaliter secuta fuisset. Posset, ut cuiuslibet concipi animus, candom prioritatem naturalem & causalem significat, propinquius tamen secundum conceptionem humanam huic prioritati causaliter, & remotius à prioritate temporalis, quam Potuit, vel etiam Potuisse, quod etiam satis apparenter significat potentiam absolute & non repugnante, sicut de Potuisse est dictum: dicitur autem conuenientius de præsenti, quam Potuit, vel Potuisse, est enim præsens temporis, de præterito vero non dicitur, sicut illa; sed de futuro, sicut illa non dicuntur. Est enim secundum Logicos verbum ampliatum, quare sub voce præsens temporis potest extendi ulterius ad futurum, ut sic dicitur, Deus potest cras nolle quod cras volet, & siccere quod non faciet; vbi tamen nequaquam propriè prioritas temporis, sed prioritas naturalis seu causaliter, vel etiam potentia absolute aut non repugnante designatur. Potest, similiter pro duobus temporibus dicitur, de præsenti scilicet & futuro, quia est verbum extensivum, seu ampliatum, ut superius dicebatur. Si autem dicitur de futuro, ut Deus potest cras nolle quod cras volet, & non posse quod faciet, non significat propriè prioritatem temporalis, sed causaliter seu absolute quod faciet, non significat propriè prioritatem temporalis, sed causaliter, sicut de Potuisse dicebatur, quod etiam verum est, dicere, potest virtus prioritas designari, sicut de Potuisse dicebatur, quod etiam verum est, dicere, potest virtus prioritas designari, & de Posset, quando dicitur de futuro. Sive dicitur

E de Potuisse, quando de præterito dicitur,

tur de praesenti, & pro praesenti, ut Deus nunc potest, & pro nunc nolle quod nunc vult, non ita plane significat prioritatem naturalem seu causaliter praedictam; quare nec ita admittitur istud dictum animus audieris, sicut si diceretur, Potuit, Potuisse, seu Posset, sed renuit quodammodo; & refutari, sicut si diceretur de homine, Homo volens nunc quicquam, potest donec & pronunc illud nolle, aut, Homo nunc albus vel sedens, potest nunc & pro nunc non esse albus vel sedens. Animus etenim accipit rem subiectam cum qualitate seu dispositione quam nunchaber, quam & prima facie indicat necessariò pro aunc esse, sicut & omnis animus est, quando est, necesse est esse; quare & possibiliterem contrarium repuit, nec admittit. Intelligatur de potentia nude & absolute considerata, quatenus est de ratione potentiae, sive de potentia absoluta aut non repugnante, verum est & veraciter concedendum, sicut potest haber ex ostensione quintæ veritatis præmissa: Multum *fames* libentius recipit animus dictum, cum Posset, quam cum Poteat, eo quod significatio huius facilis inteficit in Posset, quam in Poteat. Secundum similem quoque modum potest differentia in B phys. 10. quod Porcius rationales seu cum ratione sunt contrariorum: & infra 18. quod non sic, sicut quartum huius, & vicelimum quintum primi plenius ostendebant: Possunt etiam significare potentiam nudam & absolute, seu non repugnantia supradictam, secundum sententiam ciuidem Philosophi 1. Prior, in ostensione quintæ superius recitatam. Sic enim dicitur, quod in Deo fuit, est, aut erit, posse, possibilis, potentia & potestas nolendi quod voluit, vult, aut voler, quod & de creatura similiiter dici potest. Hac autem ideo diffusus paululum tractanda putau, eo quod horum cogitio intellectum Sacre Scripturae. Doctorum, ac omnium communiter loquuntur multum distinguere, elucidat & seruat, & eius ignorantia ipsum multum confundit, obnubilat & obscurat. Hanc autem profunditatem, ac alias precedentes ille subtilissimus percursor Robertus Lincolnensis Episcopus profundi simè fodens, etiam vñque ad fundamentum in eis, inueniens etiam ac ostendens clarissime quomodo Deus prius potuit & non potuit non scuisse aut non vult quod scit aut sciuit, vult aut voluit, & quomodo posset & non potest, potest & non potest non scire & nolle quod scit & vult, postquam de libero arbitrio 7. dixit, quod in Deo est posse ut non sciri quod scit; & capit. octavo sic arguit contra illud; Quidlibet dum est, necesse est est se, & non est possibile ut non sit tunc quando est, sicut Socratem esse album, si est verum in A instanti, non habet posse ut sit fallum in A. Si itaque quod est verum in A. instanti, non potest esse fallum in eodem A. Aeternitas autem cum sit in termino simplicitatis omni instanti simplicior, non potest verum in aeternitate esse fallum in eadem aeternitate: Atqui Deum scire A. in aeternitate verum est, ergo non est posse ad ipsum non scire A. Capitulo non finaliter determinando respondens sic ait; Quemadmodum lux non est tempore, sed natura & causa prior splendore, & si esset lux aeterna & sine initio, nihilominus tamen lux gigiens splendorem naturaliter & causaliter prior esset splendore genito. Et si eundem Chrysostomum, Pater etiam non aeternitate, non natura est prior filio, sed causa; Ipse enim sic dicit super, In principio erat verbum; Praecedit Pater verbum non facta sunt, naturaliter; sic posse ibi aliquo modo praecedit actum, non aeternitate nec fortè natura, cum sit vnum in natura, & vna natura, sed forte praecedit ibi posse actum causa, & etiam prioritate à qua non convertitur consequentia: sicut animal praecedit hominem, cum tamen non sit aliud & aliud posse & actus in substantia; si Pater prior est Filio causa, cum tamen Pater & Filius vnum sint in substantia, Hæc prioritas causans insinuatur ex configuratione præteriti per hoc verbum, Potuit. Cum dico, Deus posse quod non sciuiss A. & cum dicitur, Deus posset non sciuiss A. insinuatur libertas arbitrii, & potest rationalis vna ad hoc naturaliter qua est in æte ad suum oppositum; Potest itaque hæc prædicatio, cum dico Deus potest, redire super ipsam naturam potentiam, & sic verum est, quod potest vñque oppositorum; Sic verum est quod dicit Anselmus, Deus potest non velle quod vult, & constat quod potest velle quod vult, & ita potest opposita: & sic enim de vi sermonis proper prioritatem insinuatam per hoc verbum, Potuit,

A Potuit, redire eiusdem verbi prædicatio; similiter huius verbi, Posset; vel potest hæc prædicatione redire super ipsum consideratum in ratione agentis vnum oppositorum; & sic est impossibile ipsum non velle quod vult, vel non scire quod scit: Est enim in Dei natura posse ad virtutemque, quod causaliter præcedit vñrumque; sed super ipsum agens alterum, cum sit immutabilis, non est posse ad oppositum eius quod in actu est. Sic enim secundum distinctionem Anselmi liberta voluntas hominis, vbi posse præcedit temporaliter actum, potest non velle, & non potest non velle, sed neccesse est eam velle: Potest namque non velle antequam velit, quia libera est, & cum iam vult, non potest non velle, sed eam velle neccesse est, quoniam impossibile est illi ad ipsum simul & velle & non velle; Sic forte in Deo, vbi non est aliqua temporalis præcessio sed causalis, si respiciatur ipsa Dei natura non in ratione agenti, & comparetur liberta voluntati hominis nude ab actu antequam velit, verum erit dicere, Deus potest non velle quod vult: Si vero respiciatur ipsa diuina natura in ratione agenti, & B comparetur liberta voluntati hominis cum iam actu vult, verum erit dicere, Deum necesse est velle quod non vult, & non velle quod non vult: Impossibile est enim cum non velle quod vult, vel velle quod non vult. Quam distinctionem facit in nostro posse & actu prioritas temporalis hanc ibidem facit prioritas causalis & subiecti super quod redit prædictum diversa, diversa consideratione, sed manifestior est distinctione vbi comitur prioritas temporalis: Per talen quoque distinctionem considerationis subiecti, cum prædicatur Posse de Deo, dicimus Deum posse creare plures mundos, vel infinitos mundos, & tamen ipsum non posse hoc. Si enim respiciatur ipsa Dei natura, in infinitum potens potest quidem hoc de potentia; si vero ipsa eadem respiciatur in agendis ordinatusima, impossibile est eam plures mundos creare, & impossibile est eam mandatum vnum non creare, tamen de eius potentia est hoc possibile. Similiter potuit Deus, quantum est de potentia, aliter liberasse hominem quam per filij sui mortem; sed si consideretur omnia agens conuenientismus, non potuit aliter hominem liberasse: Vnde Augustinus dicit quod aliter potuit liberasse; Anselmus vero, quod non potuit aliter liberasse, & similiter multi alij Autores. Et ad iam dictorum evidenter ponamus libertam arbitrii creaturam non prius esse quam actu velit aliquid recte, vel non recte, sicut forte fuit liberum arbitrium Angelii & primi hominis: Nonne secundum hoc Angelus, cum fuit simul cum primo actu existendi, voluit actu volendi aliquod bene vel male, utpote Gabriel aliquid bene, Lucifer aliquid male, & in virtusque libera potestate fuit quod voluit, & virtusque potuit non vultusque oppositum eius quod voluit? Alioquin nec iste laudabilis, nec ille virtusque peribilis, nec libertatem arbitrii habuissent. Intelligatur etiam eorum status kuisse simplex, feliciter instantaneus vel aeternus; Norine simul cum actu vnius oppositorum habuisset in eodem indivisiibili vñque posse ad actum oppositum, & vera esset talis prædicatio de vñroque, Ita potest veille oppositum eius quod vult vel non velle quod vult, si redat prædicatio super naturam libere voluntatis nude consideratarum sine actu suo? Et quia de vi sermonis sic reddit D prædicatio cum hoc verbo Potuit, vel Posset, omnis animus statim concipit hanc esse veram, Primus Angelus statim simul cum primo fuit, & hoc voluit, potuit vel posset hoc idem non voluisse; & quia verbum p̄fens magis de vñro sermonis redit super subiectum secundum disputationem quam actu haber, animus statim magis concipit hanc esse falsam, Potest non velle quod vult, si indivisiibili vult, sicut possum est. Qui & iusta soluendo argumentum re Lincolni- citatum superiorius, ita scribit; Paret itaque quod illud quod est, necesse est esse dum est, & tamen est, non inconveniens, sed alicui est necessarium, in eodem indivisiibili esse posse ad oppositum eius quod est, sicut in dicto exemplo de Angelo, & quod non redit prædicatio necessitatis & possibiliter oppositi super simpliciter idem & codem modo consideratum. Secundum hunc igitur intellectum puto rationabiliter posse exponi dicta Lumbardi in contrarium allegata, sicut ipsum in similibus intelligi. Robertus Lincolnensis de libero arbitrio 7. Est, inquietus, in Deo aeternum posse, ut line initio non scierit illud quod scit; vnde Magister E in sententijs, Deus potuit nulla creasse, & ita nulla creata frasciuisse: habet ergo potentiam ut nunquam creasset, & nunquam sciuisset multa quæ creavit & leuius; Ex hoc vñque posse quod est ad vñrumque oppositorum, scilicet scisse, & non scisse sine initio sequitur terum contingencia. Hunc etiam intellectum verba ipsius exprimunt evidenter. Primi namque sententijs dist. tricesima nona sic ait, Sicut non potest augeri vel minui diuina essentia, ita diuina scientia, & tamen concedetur posse scire quod non scit, & posse non scire quod nec diuina scientia, & tamen concedetur posse scire quod non est, & posse non esse subiectum aliquid quod est, sine permutatione ipsius scientiaz. Posse, inquir; & posset; quia secundum expositiones præmissas significant potentiam contradictorie liberam, quatenus præredit naturaliter seu causaliter liberum actum suum, sive potentiam nude & absolute consideraram, Bbb b consideraram,

consideratam, quantum scilicet est de ratione potentiae; quare & infra eadem distinctione, A Si, inquit, dicit Deum non posse scire vel praescire, quod ab æternio non scivit vel praescivit, id est, habere potentiam sciendi & praesciendi ab æternio, & modo aliquid, nec tamen illud praescutum est, vel futurum est, verum est: & dist. quadragesima. Cum de praescientia vel de praedestinatione Dei agitur, possibilis & impossibilitas ad potentiam Dei referatur, qua semper eadem fuit, & est, quia prædestination, praescientia, potentia vnum in Deo est. Simili quoque modo videtur loqui Philosophus i. peri hermenias vlt. negans necessitatem in futuris contingentibus, & affirmans quod in eis est possibile esse & non esse, & quod in eis contingit esse & non esse. Hæc autem verba significant potentiam quatenus præcedit naturaliter suum actum; vt ex præmissis appareat, imo, vt magis videatur, quatenus præcedit temporaliter suum actum, per quam præcessionem potest etiam rationabiliter innit præcessio naturalis, vt superius dicebatur. Quod autem de prioritate temporali loquatur, exemplum bene ostendit; Multa, inquit, nobis manifesta sunt sic se habentia, vt quoniam hanc vestem possibile est incidi & non inciditur, sed prius exteritur; similiter autem & non incidi possibile est; non enim est possibile prius exteri, nisi esset possibile non incidi. Videatur etiam non inconsonè textus; quod, cum dicimus possibile est hoc esse & non esse, intelligit de potentia absoluta, sicut patuit vicesimo nono hujus, seu quantum est de ratione potentiae nudæ & absolute considerata; Vnde & post verba eius ultima recitata immediate conciudendo subiungit; Quare in alijs futuris, scilicet ab incisione vel non incisione vestis, quæcumque secundum potentiam dicuntur huiusmodi, manifestum est, quoniam non omnia ex necessitate videlicet huic potentia repugnante. Hanc eandem sententiam inuenimus dicta Scoti super 1. sentent. dist. 2. 39. & specialiter quadragesima, in ostensione quinta huius præscripta. Alter potest dici, quod Lambardus non loquitur ibi definitiue & secundum sententiam propriam, sed potius inquisitiue & secundum sententiam aliorum. Nam dist. quadragesima, ubi fuerat allegatus, morsa questione de prædestinatione, Nunquid Prædestinatus possit damnari, sic ait; In huius questionis solutione mallem alios audire quam docere: Et infra, Concedatur à quibusdam, quod & modo potest C cum Deus non prædestinas ab æterno: Ita & de prescitus & de praescientia dicunt, quod in actionibus vel operationibus Dei & hominum nullatenus concedunt; ex quo enim aliquid factum est vel dictum, non concedunt quod possit non esse vel non fuisse. Tertia potest esse responsio, quæ mihi non placet; Ipsum videlicet in ista materia planè negare, sicut videtur Sanctus Thomas super 1. sentent. dist. trigesima octava quæstione quinta, ubi responsionem, quæ videtur illius, reprobat manifeste, sicut quinquagesimo huius plenius restringit.

Decima veritas, quantum ad viramque eius partem, plane sequitur ex præmissis. Nam quantum ad partem affirmatiuum, ex quinta & sexta, quantum vero ad negatiuum ex septima sequitur evidenter. Et si quis obijciat, quod si esset potentia, quæ nullum modo posset exire in actu, illa esset penitus otiosa; quare si sit aliqua potentia, quæ aliquo modo non possit exire in actu, illa saltem illo modo est otiosa; ergo aliqua est potentia aliquo modo otiosa in Deo. Huic autem rationi posset quis instare magis forsitan sophistice quam demonstrative, similiter arguendo; In Deo est potentia ad infinitam divisionem contineat in partes æquales, ad infinitam creationem quantitatum pedalium finitatum, ad inscribendum vel circumscribendum infinitorum angularium rectilineorum figuram æquilateram & æquiangulam circulo assigato, ad quadruncunque finitorum continuum vel discrepum potest creare etendendum, quæ tamen ad actu educi non potest; Nam contradictionem includeret ita esse. Sed verius potest dici quod potentia qua Deus potest pro nunc nolle posse: quod vult nunc, quia est potentia rationalis, est eadem contrariorum, & ideo nunc est in actu, non tamen nolendi; sed volendi: Vnde & Robertus Lincolniensis de libero arbitrio 8. contra istam possibiliter argumento modo. Si hec possibilis est sine actu & cassa, non est deducibilis in actu. Qui infra 9. respondens, Verum est, inquit; quod possibilis impossibilis ad actu reducitur, nulla est possibilis aut cassa est; & tamen possibilis, quæ Deus potest non scire, vel potius non scire quod scit, aliqua est & cassa non est, quia est possibilis rationalis & E eadem oppositorum, & utrum oppositorum sit, in actu suum educitur, cum ad utrumque sit una & eadem. Verumtamen, vt videtur, istud non plane sedat animam opponentes; Intentat enim opponenens, quod omnis potentia activa nedum possit in aliquid actu exire, verum in quemlibet actu respectu cuius dicitur esse potentia, & quando tenet pro grande dicitur esse potentia. Quare & quod potentia voluntia Dei vel hominis, quæ dicitur potentia nunc & pro nunc ad actu quem non habet nunc, possit pro nunc in illum, ideo propinquius accedendo;

A dendo videtur dicendum, quod potentia respectu alicuius actus, quando & quomodo est respectu illius, potest in illum exire, modo autem quo non est illius, nequaquam: potentia autem voluntia in Deo & in homine non est pro nunc potentia ad auctum oppositorum illius quem nunquam habet, nisi possibiliter precedet, & quantum est de ratione potentiae nude & absolute considerata, seu de potentia absoluta aut non repugnante, & sic potest, sicut, ut acceptius animo dicatur, posset pro nunc in illum, sicut ex sexta veritate & quinta & earum ostensione apparer, possibiliter verò sequente & determinata, actuaria, seu ordinata per actuum quem nunc habet, nequaquam; imo sic necesse est potentiam illam pro nunc habere hunc actu, contrarioque carere. Adhuc forsitan opponendo queritur, Nunquid potentia huiusmodi voluntia sit ante actu, vel cum actu. Hæc enim diuisio est per opposita, sicut Philosophi & omnes communiter attestantur. Non ante actu, quia in instanti non est nec esse potest ante & post; nec cum actu, quia actu non est. Hic autem potest, vt superius responderi, quod illa potentia est cum actu, cum actu scilicet quem nunc habet: sed si loquatur de actu, respectu cuius dicitur potentia quem non habet, potest dici quod non est ante illum temporaliter nec cum illo, quia actu ille non est, sicut potentia voluntia hominis respectu A. actu, quem potest cras habere, sed non habebit: quare & illa diuisio memorata intelligentia videtur nequaquam de actibus possibilibus tantum, sed solum de actibus realiter præsentibus vel futuris: vel potest dici quod est ibi quædam prioritas non actuialis, sed habituialis, non temporalis, sed naturalis seu causalis. quâilla potentia potest præcedenter producere illum actu, & talis prioritas & posterioritas irrepugnante est simul similitate temporalis instantis.

Vndecima veritas sequitur ex quinta, sexta atque octaua. Si namque Deus aut creature vult aut se sit aliquid nunc, & nunc & pro nunc potest illum non velle, nec scire, & hoc non potest per mutationem inter terminos oppositos, de tali scilicet in non tale, quia non per mutationem in volente aut scientie, nec in voluto aut scito, nec in aliquo tertio; non per mutationem in volente aut scientie, sicut de Deo omnes concedunt, quod & quintum & vice-simum tertium primi docent. Rursum nec hoc est possibile fieri in Crea:ore, neque in creatura, per mutationem in ipso vel in ipsa præterita vel futura, sicut nullus ignorat, neque in præsenti instanti: illa enim necessariò est inter terminos oppositos, de tali scilicet in non tale, seu de non tali in tale, sicut est necessariò omnis mutatio successiva vel subita. Nulla autem talis mutatio potest fieri in hoc præsenti instanti; nam contradictionem evidenter includit, quod de volente A. in B. præsenti instanti, huius B. non volens A. in B., includit enim quod idem in eodem B. præsenti instanti velit idem A. & non velit. Nec hoc est possibile, fieri permutationem in voluto vel in scito, quia non in voluto aut scito futuro, quod pro nunc potest non esse futurum, de quo maximè videtur: nam contradictionem formaliter implicat, quod aliquid mutetur de non futuro in futurum, vel de futuro in non D futurum, nisi per positionem eius in esse, sicut decimum ostendum huius ostendit. Nec hoc potest fieri per mutationem in voluto aut scito præsenti, hoc enim contradictionem includit, sicut superius in simili est ostensum; nec in voluto aut scito præterito, sicut nullus ignorat, quod & potest ostendit, sicut ostendebatur superius de futuro: Nec etiam hoc est potest fieri per mutationem in aliquo tertio, sicut quilibet animus concipit, cum illud impertinens videatur. Item iste homo, qui in A. præsenti instanti est Londini albus & sedens, potest hac possibilitate in A. non esse Londini albus, nec sedens, imo & in A. esse Romanus niger & stans, sicut ostensum quinta monstrat, & non per mutationem aliquam, sicut nullus ignorat. Istam sententiam planè testatur Iohannes Scotus, sicut in ostensione quinta veritatis appetit: Quam & tenet concorditer Henricus de Gandaio 5. de quodlib. quæstione quarta, opponens & respondens hoc Henricum. modo; Quod Deus vult, non potest non velle, quia alter sua voluntas esset mutabilis. Dicendum quod illa propositio, scilicet quod Deus vult non potest non velle, potest esse de re, & de dicto, diuisa vel composita; si sit de dicto & composita, sic est vera; si de re & diuisa, sic est sensus, quod Deus vult, &c. id est, Deus non habet potestatem de non volendo quod vult, quia de virtute locutionis duplarem potest habere causam veritatis; quantum vna est, Deus non habet potestatem quia alius nolit quod modo vult, quod verum est, quia talis potestas ponetur in Deo possibiliter in succedendo, circa Dei voluntatem, actu nolendi post actu volendi: sic enim esset mutabilis, ut procedit obiectio. Sed secundum istum sensum ista est falsa in sensu diuiso, Seden tem non sedere non est possibile, quia homo sedens nunc, potest actu non sedere: alia autem causa veritatis est, Deus non habet in se potestiam quia potest ipsi inesse noluntas eius quod

quod vult, quod falsum est, quia potestas in voluntate Dei circa esse actualis creaturerum; ut dictum est, nulla est necessitate determinata, immo quantum est de se, est ad utrumlibet de volendo illud, & non volendo, nihil connotando de possibilite vel non possibilite succedendi, circa voluntatem Dei, actum nolendi post actum volendi, sed praecisaria dicit possibilitem ad utrumque, quantum est de natura divina voluntatis; & in isto sensu, illa similiter est falsa in sensu diuino, Non sedentem non est possibile, non sedere; nec ponit talis potentia aliquam mutabilitatem. Sicut enim ad actualiter mutationem duo requiruntur, scilicet potentia simpliciter ad contrarium eius quod nunc inest, & actualis successio viuis eorum post alterum; sic ad mutabilitatem duo requiruntur, scilicet potentia diffusa, & potentia ad actualiter successionem, ut scilicet ea-potentia, qua aliquid est ad utrumlibet, sit potentia ad successionem viuis, post alterum, quod circa voluntatem Dei nullo modo potest contingere, quare neque mutabilitas, licet in aliquo sensu possit non velle quod vult, & ideo illud nullo modo de necessitate velit. Vnde de eo quod B semper volunt ab eterno & vult, & voler, simul ab eterno habuit, & habet, & habebit potestatem de non volendo, & potuit ab eterno non voluisse vel noluisse ab eterno, & poterit nunc non velle, & poterit in eternum non velle, vel non velle in eternum, & hoc absque omni sui mutabilitate.

Pro duodecima veritate sciendum quod potentia actuabilis dici potest non illa penitus absentia, & non repugnante supradicta, sed illa, quae ad communem modum intelligendi & loquendi cicerius posse exire in actum, quam dicitur de sedente, quod potest stare, de existente Londini, quod potest esse Romam, & similia. Hac autem duodecima taliter intellecta extremitate secundo huius cognoscitur euidenter.

Tertia decima veritas ex prius ostensis isto capitulo consequitur manifestè. Ostensum est enim superioris, quod omnis actio Dei intrinseca mensuratur & ternitatem, in qua nihil prius est posterius, nec aliqua mutabilitas est omnino, & quod omnis actio eius intrinseca est immutabilis intrinsecè omninoque, & quod nulla eius actio aliter & aliter intrinsecè, pura-liberè & non liberè secundum prius & posterius sese habet; quare nec aliqua eius voluntatis prius, pura ante præscriptam seu præscriptionem rei est magis libera quam post, facta scilicet re præsente in præteritum delapsa, nec minus libera post quam ante, nec minus libera ante, & magis post propter eandem rationem, quod & nullus ignorat; quare semper æqualiter libera, immutabiliter, intrinsecè perseverat. Item licet in solutione diuina sit necessitas sequens, est tamen in ea contingentia, & libertas contradictionis à necessitate præcedente, sicut quarto huius & quinto erat, ostensum, quod semper mater æqualis te voluta, primò futurā, deinde præsenti; & tandem præterita: nam cognitione incomplexa seu simplex rei in Deo & eius potentia voluntatis, & omnia causáliter prævia actu voluntatis eternaliter permanent æquè potentia, & quæ causatio, & quæ agentia illorum actum. Hoc etiam rationes tricesimi huius ostendunt; alias ut etenim Deus acerbus intrinsecè mutaretur, imò & infanibiliter vulneraretur, incurabiliter mortaretur, ac irresuscitabiliter mactaretur, sicut rationes & autoritates eiusdem tricesimi manifestantur. Quare & bene dicit Philosophus, quod voluntas diuina seu Deus volens est lex immobilis cuncta mouens, & nobis æquè declinans, æquè igitur libera semper manet: Quare & subiungit, Nullam recipiens corruptionem, dilectionem, aut transpositionem, sicut idem tricesimum plenus allegavit: Cui & concordat Auctoritate ibi similiter allegatus. Porro quis libertatis diuina furetur aut rapiat vel minimam portionem? Quis insuper præsumere efficeret nouiter Deum suum non summum, sed remissè liberum; non summum, sed remissè perfectum; non summum, sed remissè potenter, quare non omnipotentem? Quis, inquam, sic præsumere omnem rationem infatuare, omnem fidem fallare, & omnia symbola irritare? Aliás etiam res posterior voluntatem diuinam minueret libertatem, & ipsam, nouellæ subiaceret seruituti; quare & illa libertas posset totaliter adimi & auferri, quia omnia nulli est dubium esse falsa, sicut ex eodem tricesimo plenus potest fieri. Item libertas diuina non est magis ancilla vel serva, quam libertas humana; sed ipsa est æqualis respectu futuri, præsentis, atque præteriti.

Quarta decima veritas, decimæ tertie foror, simillima, per ipsam & ostensionem ipsius cognosci poterit manifeste. Sicut enim in voluntate seu volitione humana est & qualis necessitas respectu voluti futuri, praesentis, vel præteriti, sic & in diuina, quodiam nullo modo augeatur extioscere ab extra, ex praesentia scilicet seu præteritione rei, nec ab intra, cum Deus aeternus sit immutabilis intinsec omniisque. Denique non est

A. ibi necessitas nisi sequens ex firmitate & stabilitate actus voluntatis diuinæ, sicut ex quinque-gesimo huic patet; sed actus ille semper intrinsecè permanet æqualiter stabilis, & quæ firmus, licut potentia voluntua, & cetera intrinsecæ ipsi Deo. Hæc etiam per hanc trigeminam ostendit manifestè: Porro causam erroris contrarij puto esse ignorantiam, æternitatem, & imaginacionem, qua fortan aliqui homines temporales imaginantur & estimant volitionem & cognitionem Dei in trinaciam secundum volumina temporum, & rerum temporalium intrinsecè variati, sicut actio:res & res alias temporales. Optinunt enim res esse quandoque futuras, quandoque præteritas intrinsecè apud Dicūm, quare & quod alias & alias sint aliter & alter apud eum, quod tamen æternitatis indubibilissimum, immutabilissimum, & stabilissimumque in-statio:ne posuerat, sicut patet ex isto, & omnino secundo primo huic. Item iuxta presumere de

B. damus, videtur imaginandum verisimiliter isto modo, quasi Deus in instanti creationis mundi in quo supponamus nos esse, quod nulla successio praedebat, ne caligas sequeretur existens in centro linea circularis, ab oriente per meridiem & occidentem ad orientem reflexa per suam efficacissimam voluntatem excentrum quodammodo per singulis semidiametros ad singula puncta circumferentie, omnia secundum veritatem praesentia, pigrerita, & futura secundum prius & posterius in tempore nunc simul creverunt secundum prius & posterius in linea correspondenter priori & posteriori in tempore, initium lineæ in oriente ponendo; Sic curitur, si sic esset, res ista crearet secundum prius & posterius in linea haberent similem ordinem inter se & apud Deum nequam, sed omnes ad eum, ac ipse ad omnes & equaliter se haberent: Sic & modo resistere temporales secundum prius & posterius in tempore similem ordinem fortinuntur ad inuicem comparare; apud Deum vero in simplicissimo, & inuicibiliter fortinuntur, non potest nisi possit.

**C**ra, nedum praesentia, verum &quæ praesentia semper manent; Nihil ibi oritur, nihil moritur, nihil ibi futurum, nihil præteritum, sed instantiis tantum praesens, sicut istud capitulum & proximum manifestant. Vnde & Hermes de Mondo & Cœlo 2<sup>a</sup>. sic at, Sicut ad *Hermes* centrum circulus, sic ad æternitatem consistit mundus temporarius. Quare & si esset realiter, sicut imaginatio illa supponit, sicut voluntas diuina esset contingens & libera, imo &quæ contingens & &quæ libera libertate contradictionis & à necessitate præcedente, & necessaria, ac &quæ necessaria necessitate sequente respectu voluti cuiuscunque prioris vel posterioris finaliter ad inuicem, sed apud Deum nequaquam: sic est & modo respectu voluti cuiuscunque prioris vel posterioris temporaliter ad inuicem; apud Deum autem in instantiæ æternitatis præsentis & &quæ præsentis. Quomodo autem res omnes dicantur præsentes æternitatis apud Deum, & esse in eo, viuereque in eo, licet decimū quartum hunc exponat, adhuc propter tardiusculos forsitan planius exponendum: Hoc siquidem reputare dici causaliter se-

D propter tardiusculos fortitan planius exponentum: Hoc liquidem reperio dici causaliter secundum illam tropi figuram vigesimo sexto secundi expositam, quā effectus denominatur quandoque nomine causa sive, secundum quam & Philotopus 4. Phys. 23. dicit, quod aliquid dicitur esse in aliquo, sicut causatum in causa, puta quā subditorum in Rege, & omnino motum in primo motu, quod & secundum eum ibidem est verum de causatis causa formalis similiter & finalis; & quia secundum eundem 12. Metaphys. & Auerr. ibi comment. 6. Deus te habet in hoc triplici genere causa: ad res omnes, possunt res omnes dici esse in Deo tanquam in causa efficiente, quia omnia facit & creat, tanquam in causa formalis, quia omnia formant & in esse conferunt; & tanquam in causa finali, quia omnia disponit, perficit & consummat. Quapropter & Hermes de verbo aeterno 38. Omnia, inquit, ab ipso, & in ipso, & per ipsum: quod & ut puto, sensit Apostolus ad Rom. 11. quando dixit, Ex ipso, & Apollinis per ipsum, & in ipso sunt omnia. Vnde & Heslera 13. Domine in dictione tua cuncta sunt Hesler. posita. Dicuntur igitur res omnes esse praesentes aeternaliter apud Deum, quia causa rerum,

E scilicet cognitio & voluntio Dei sunt praesentes aeternaliter apud eum. Secundum hanc etiam figuram dicit Apostolus ad Hebreos 7. quod Levi erat in iubibus patris sui, scilicet Abraham, quando obiuit ei Melchisedec, qui tamen ipsum generatione teria sequebatur. Istat autem sententiam videtur sentire Moses, immo Dominus per Mosem, Deut 32. cum dicit; Non deinceps condita fuit apud me, & signata in thesauris meis. Dicite Propheta, immo Dominus per Prophetam, Pulchritudo agri mecum est, Psalm 42. Super quod Augustinus, Pulchritudo agri, vberitas omnium dignitatum in terra mecum est. Quomodo cum illo? cum illo erant omnia futura, & cum illo sunt omnia futura, & non ei detrahuntur omnia praeterita, cum illo sunt omnia cognitione quadam ineffabilis sapientiae Dei in verbo constituta. Melius autem secundum istam figuram dicuntur res boni fusile, nec fore, sed esse praesentes causali- ter secundum evolutionem & cognitionem diuinata aeternaliter apud Deum, quia istis causis Rbbb. 2. nibil

*Apophth.**Glossa.**Ecclesiast.**Argum.**Argum.**Iob. inter.**Augustinus.**Ammonius.**Dij. vero.**Ecclesiast.*

nabil penitus accidit, vel recedit quasi futurum vel praeteritum, accedentibus vel receden-

tibus ipsis rebus causatis, sed omnino similiat & nullo modo aliud intrinsecè cognoscit Deus & vult rem primò futuram, deinde presentem, & tandem praeteritam; quare & res omnes nedum presentes, sed & quæ praeterentes apud Deum aeternaliter dici possunt.

Vnde Apostolus ad Romanos quarto, Vocata ea que non sunt, tanquam ea que sunt, id est, omnia similiter, nec dissimiliter intrinsecè quoique modo. Glossa; sic ea, que futura sunt, iam apud Deum sunt, Apud Deum ita quippe factum est, quod eius dispositione, vel prædestinatione futurum est; Vnde aibi, Qui fecitque futura sunt. Quare & Ecclesiasticus vigilissimo terro, Deo, inquit, antequa creaturam, omnia sunt agita, sic & post

perfectum respicit omnia: quod secundum expositionem præmissar intelligens Augustinus 15. de Trinitate 13. dicit, quod Deus non alius scientia quām eranda: Non enim

cuius sapientia aliquid accessit ex eis, sed illis existentibus ille erudit ut erat. Ita enim scriptum est in Ecclesiastico, Antequam crearentur, omnia nota sunt ei, sic & postquam consummata sunt, sic, inquit, non aliter: Qui & s. super Genesim ad literam 18. loquens de factis à Deo, sic ait, Antequam fierent, & erant, & non erant; Erant in Dei scientia, non erant in sua natura. Ipsi autem Deo non audeo dicere alio modo innovuisse cum ea fecisset, quam illo modo, quo ea nouerat ut faceret, apud quem non cū communio, nec momenti obumbratio. Similiter etiam ratione astimo recte dici, praeterea, presentia, & futura fuisse, seu esse vitam in Deo, quia quatenus sunt ibi, nullo modo penitus moriuntur; Nullus enim modus intinsecus cognitionis aut voluntatis dicitur moritur moritur paret;

Quare & secundum Apostolum, Solus Deus habet immortalitatem, id est, immutabilitatem intrinsecus omniumque, sicut trigeminus huius plenius exponebat. Vnde Ioan. 1. Quod factum est, in ipso vita erat, seu est, secundum translationem, quæ Augustinus expicit: Super quod homilia 1. sic ait, Quid est hoc, Facta est terra, sed ipsa non est vita? est autem in ipsa sapientia spiritaliter ratio quedam qua terra facta est, hæc vita est: quo ostendo per exemplum de fabro & arca, concludingo subiungit; Sic ergo, quæ sapientia Dei, per quam facta sunt omnia, secundum artem continet omnia antequam fabricet, omnia hic quæ sunt per ipsam artem non contineo vita sunt, quia non in sua natura, sed ex quicunque factum est, vita est in illo. Qui & s. super Gen. ad lit. 1. 5. Hæc, inquit, omnia postquam fierent, erant in notitia facientis, & utique ibi meliora vbi vixiora, vbi eterna, & incommutabiles. Porrò, si nouerat ea priusquam faceret ea, profectò priusquam fierent, apud illum erat modo nota, quo semperne atq; incommutabiliter vivunt & vita sunt, facta autem ex modo quo vnaquaque creatura in suo genere est:

& i. Confess. 6. Tu Domine semper viuis, & nihil moritur in te; Apud te rerum omnium instabilium stant causa, & rerum omnium mutabilius locis immutabiles maaest origines, & omnium irrationabilium & temporalium sempiternas vias etationes. Hanc autem sententiam Parmenides, Plato, Aristoteles, & Ammonius contestantur. Scribit enim Ammonius super 1. peri Dhermenias vlt. isto modo, vt Timæus nos docuit, & vt Aristoteles Theologizans pronuntiat, & ante hos Parmenides tam apud Platonem quam in proprijs carminibus, nihil est apud Deos neque praeteritum, neque futurum, quoniam in utrumque horum est non ens; hoc quidem non amplius, hoc autem nondum; & hoc quidem transmutatum, hoc autem natum transmutari;

¶ Dij. autem verè existunt, & transmutationem, neque secundum intellectum sustinere est possibile; procedere quidem necesse penitus quod in permutable est, illud quod qualitercumque trafoinatur, & vt maneat quod transmutatur; Quare in Dij. habentibus ratione principij ad eam praeteritum & futurum considerari ita possibile est, sed omnia apud ipsos sunt in uno nunc eterno fixo, temporalibus measuris simul cum subsistentia ipsius totius emergentibus & mensurantibus illa sola, quæ secundum tempus habent aut subsistentiam, aut operationem.

Et infra, Non utique sustinebimus quod dicatur simul cum fluxu serum Deorum cognitionem decurrete, neque esse aliquid apud ipsos aut praeteritum aut futurum, neque dici de ipsis, Erit, vel erit, vt in Timæo allumpsum, cum sit significativa cuiusdam transmutationis; Solum autem ipsum est, & hoc non ipsum quod conmemoratur cum ipso erat, & cum erit, & con- diuidetur cum ipsis; sed quod intelligitur ante omnem temporalem insinuationem, & quod significat ipsorum invenitibilitem & indecidibilitatem; quod quidem & magis Parmenides cum intellectuali in eis denuntiat; Non enim erat, neque erit, est autem solum. Hanc autem imaginationem præmissam, quasi Deus simul crearet omnia instanti, & quasi omnia futura & praeterita essent instantiæ presentia apud ipsum, & quod eius voluntate atque cognitio similem & æqualem necessitatem nunc habent, sicut tunc haberent, ostensa non proxi- mo confitetur videntur, quam & licet oblitus videatur Ecclesiasticus prouulsius; qui qua-

dagestimo secundo sic ait, Cognoui: Dominus omnem scientiam, & insperat in signum

A. aut, annuntians quæ praeterierunt, & quæ supernatura sunt, reuicians vestigia saeculo- rum. Non praeteritum omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo vilus sermo; Magna- lia sapientie sua decorauit, quæ est ante saeculum & usque in saeculum; neque adiectum est, neque minuerit, & non egit alijus confilio. Quam desiderabilis sunt omnia opera eius, & tanquam scintilla quæ est considerare; omnia huc vivunt & manent in saeculum, & in omni necessitate omnia obdiantur ei. Quam & Augustinus 4. de Trinitat. 1. elatus exponendo, sic ait, Vnum est Verbum Dei, per quod facta sunt omnia, quod est incommutabilis veritas; Ibi principaliter atque incommutabilis sunt omnia simul non solùm quæ nunc sunt in hac vñivera creatura, vñvum & quæ fuerunt, & quæ futura sunt: ibi autem nec fuerunt, nec futura sunt, sed tantummodo sunt, & omnia vita sunt, & omnia vnum sunt, & quos magis mirum est, & vna est vita: Sic enim omnia per ipsum facta sunt, ut quicquid factum

B. est in his, in illo vita sit, & facta non sit: Qui & 2. ad Simplicianum decimo septimo agens de pœnitentia & præscientia Dei ait, Cum aliquis liquido consideratione ista per- trahans quæstuerit quemadmodum vel ipsa præscientia Deo congruat, & inuenient etiam verbi huius notionem: illius ineffabilis diuinata longè latè superari, non mirabitur vñrum que illo propter homines dici potuisse, de quo vñrumque propter ipsum incongrue di- cetur. Quid enim est præscientia, nisi scientia futurorum? quid autem futurum est Deo, qui omnia tempora supergreditur? Si enim scientia Dei res ipsas habet, non sunt ei futu- re sed præsentes, ac per hoc iam non præscientia, sed tantum scientia dici potest: Si au- tem, huc in ordine temporalium creaturarum, ita & apud eum nondum sunt quæ futura sunt, sed ea præueni faciendo; ergo ea sentit, vno quidem modo secundum futurorum præscientiam, altero vero secundum præsentium scientiam; Aliiquid ergo temporaliter ac- cedit scientia Dei, quod absurdissimum aique fallacissimum est: Reditur igitur ad id, ut fiat iam

C. prætentibus scientia, quæ iisdem rebus fuit præscientia, & cum ea quæ præscientia erat prius, postea scientia fuit in Deo, admittat mutabilitatem & temporalis sit, cum Det, qui verè summeque est, nec vña ex parte sit mutabilis, nec vlo motu noctio temporalis. Et sequi- tur decimo octavo, Si ita est in Deo, vt possit propriè dici, Intellegit & intellexit, sentit & sensit, admittit tempus, & surrepit nichilominus illa mutabilitas, quæ longè à Dei & sensit, admittit tempus, & surrepit nichilominus illa mutabilitas, quæ longè à Dei substantia remouenda est; & tamen & sentit Deus, & præcī Deus ineffabili modo; sic enim & pene in ineffabili modo. Et sequitur 19. Cum dñe pñfro de humana scientia mutabilita- tem, & quicquid imperfectum est, & reliquero solam vivacitatem certa atque inconcussa veritatis vna aequæ eterna contemplatione cuncta luctantib; Imò non reliquero (Non enim habet humana scientia) sed pro viribus cogitavero, insinuatur milu vñcunque scientia Dei. Quam & confirmat Anselmus de Coordon. 7. Sciriendum est, inquiens, quia sicut præscien- tia non a Deo dicitur propriè, Ita nec prædestination, quia illi nec ante nec post aliquid est, sed

D. omnia sunt illi simul præscientia. Qui & de casu diaboli 2. dicit, quod defector Angelus noe potuit scientia certæ tñtioris præcire se casorum, quia potuit non fuisse casus; & obiecto per discipulum de præscientia Dei & rebus liberi arbitrii, Bremer, inquit, respondeo, Præscientia Dei non proprie dicitur præscientia: Cui enim semper sunt omnia præsenta, non habet futurorum præscientiam, sed præsentium scientiam; ergo cum alia sit ratio de præsens futura, quam de præsens rei scientia, non est necesse dividere præscientiam, & illam de qua quatinus eandem habere consequentiam. Quam & Boetius 5. de Boetius. Consolatione Philosopher prosl vñl. clarissime || exprimendo, Scientia, inquit, eius om- pñ temporis supergrefsa motionem in sua manet simplicitate præsens, infinitaque præ- tñtia ac futuri spacia complectens, omnia quasi iam gerantur in sua simplici cognitione consi- derat. Itaque si præscientiam pensare velis, qua cuncta dignoscit, non esse præscientiam quasi futuri, sed scientiam nunquam deficientis instantiæ rectius estimabis: Qui ex illo in- ferre conquiererit in Deo necessitatem sequentem, sicut prelens capitulum & quinq; ges- tum huius pienius recitatavit. Quem & Iohannes Scotus sequendo, super 1. sent. dist. 4<sup>a</sup>. Scotus.

E. E. scit, arguit, & respondet; Quero vñrum prædestinatus possit damnati; Quod non; Om- ne præteritum est simpliciter necessarium, sed prædestinatione huius prædestinati transit in præ- teritum, quia Deus prædictio auit illum ab eterno. Et infra, Ad 1<sup>um</sup>, argumentum dico, quod ar- gumentum procedit ex falsa imaginazione, cuius imaginantis intellectus iuuit ad intelligentiam veritatis propositæ questionis. Si enim per impossibile intelligeremus Deum adhuc non de- terminasse voluntatem suam ad alteram partem, sed quod deliberaret vñrum veller istu præde- finire vel non, bene posset intellectus noster capere quod contingenter ipsum prædestinaret vel non prædestinaret, sicut apparet in actu voluntatis nostræ; sed quia semper recurrimus ad actum voluntatis diuinæ quasi præteritum, ideo quasi comparamus libertatem in volun- tate

Thomas.

Thomas.

Thomas.

Lincolniensis.

Lincolniensis.

tate illa ad actum, quasi iam sit positus à voluntate; sed illa imaginatio fallit est: Illud enim A nunc & eternitas, in quo est iste actus, semper praesens est, & ita intelligendum est de voluntate diuina sive voluntate eius ut est eius obiectum, sicut si per impossibile nunc inciperet Deus habere velle in isto nunc, & ita liberè potest Deus in nunc eternitas velle quod vult, sicut si ad nihil esset voluntas sua determinata: Tunc dico ad formam argumenti, quod praedestinatio huius non transire in praeteritum: Licet enim ipsa coexistenter præteritus que transferuntur, non tamen ipsa præterit, sed alia præterierunt, que coexistenter sibi, non significant partes temporis mensurantis illum actum, sed consignant nunc eternitas, quasi mensurans istum actum in quantitate coexistens illis pluribus partibus temporis, & ideo idem est Deum prædestinare, prædestinare, & prædestinatum esse, & ita contingens utrum sicut aliud, quia nihil est ibi nisi nunc eternitas mensurans illum actum, quod nec est praesens, B nec præteritus, nec futurus, sed coexistens omnibus ipsis. Quem etiam Sanctus Thomas super l. scot. dist. 38<sup>a</sup> questione 53. planissime sequitur & allegat, Deus, inquietus, ab eterno ipsum esse rei intubatur; quod qualiter sic evidenter docet Boetius in libro de Consolatione. Omnis enim cognitionis est secundum modum cognoscendi ut dictum est: Cūm igitur Deus sit ab eterno, oportet quod cognitionis eius eternitas habeat modum, qui est tamen esse simul sine successione; Vnde sicut quamvis tempus sit successivum, tamen eternitas est praesens omnibus temporibus, una & eadema indivisiibilis ut nunquam, ita cognitionis sua intueri omnia temporalia, quamvis sint successentia, ut praesentia sibi, nec aliquid eorum est futurum respectu ipsis, sed unum respectu alterius. Et infra super dist. 40<sup>a</sup>. Illud quod membratur eternitate, est simul cum omni tempore, ita tamen quod nullo illorum membratur, & ideo actus diuinae præscientiae non potest ponи in esse nunc, ut quasi mensurans per praesens tempus, ut ordinem praesentis temporis ad futurum ad suum scitum habeat, sed ad omne C tempus & omne scitum habeat ordinem praesentis ad praesens, ut cum dicitur, Deus præscit hoc, non intelligitur quod hoc sit futurum respectu diuinæ scientiæ, sed respectu huius temporis in quo refertur; & ideo oportet huiusmodi verba & participia, dicta de Deo; à determinatione temporis absoluere, ut consignent nunc eternitas & non temporis; alias incommutabilitatem sequeretur error. Quod primi contra Gentiles 66. declarat per exemplum concordans imaginationi præmissæ, Cuilibet, inquietus, tempori vel instanti temporis præsentialiter adest eternitas, cuius exemplum vicinque in circulo est videtur. Punctum enim in circumferentia signatum, esti indivisiibile sit, non tamen cuilibet puncto alij secundum scitum coexistit simul; Ordo enim situs continuitatem circumferentia facit; Centrum vero, quod est extra circumferentiam, ad quo libet punctum in circumferentia signatum directe oppositionem habet: Quicquid igitur in quaunque parte temporis est, coexistit eterno quasi praesens eidem, esti respectu alterius partis temporis sit præteritum vel futurum, eterno D non autem non potest aliquid præsentialiter coexistere nisi toti, quia successio durationem non habet; quicquid igitur per totum discursum temporis agitur, diuinus intellectus in tota sua eternitate intuetur quasi praesens. Qui & infra 67. ita scribit, Cūm dicimus Deus scit, aut sciuit hoc futurum, medium quoddam actuari inter diuinam scientiam & rem scitam, sciens tempus, in quo est locutio, respectu cuius id quod à Deo scitum dicitur, est futurum, non respectu diuinæ scientiæ est futurum, quia in momento eternitatis existens ad omnia præsentialiter se habet, respectu cuius si tempus locutionis de medio subtrahatur, non est dicere, hoc esse cognitionis quasi non existens, ut locum habeat quæstio qua queritur, An possit non esse, sed sic cognitionis diceretur à Deo ut iam in sua essentia vides, quo posito, non remanet prædicta quæstio locus, quia quod iam est, non potest, quantum ad illud instans, non esse: Deceptione igitur accidit ex hoc, quod tempus, in quo loquimur, coexistit eternitati, vel etiam tempus præteritum, quod designatur, cum dicitur, Deus scivit; Vnde ha- E bitudo temporis præteriti vel praesentis ad futurum eternitati attribuitur, quod omnino ei non competit, & ex hoc accidit secundum accidentis falli. Quem insuper Robertus Lincolniensis securus, de libero arbitrio 3. ita scribit, Dum sedeo, necesse est me sedere, & postquam sedi, necesse est me sedisse; sed quam comparationem habent hec dicta, me sedere, & me sedisse ad meam sessionem dum sedeo & postquam sedi, eandem comparationem habet scientia Dei ad meam sessionem futuram, antequam sedeam: Ipse enim sit futura tantum praesentia, nec aliter scit ea cum sint futura, & cum sint praesentia vel præterita; ergo omni simili modo, quo necesse est Deum scire res cum sint, vel præterita sunt, necesse est eum scire easdem antequam sint; sed cum res sunt, vel præterite sunt, habet eius scientia necessitatem consequentem; ergo & eandem habet antequam res euidentur. Et infra 5. Deus

A seit omnia unico indivisiibili simpliciique conspectu eternitatem, semper, similiter, immutabilitatem. Parte enim ex iam dictis, quod quam comparationem habent hec dicta, me sedere & me sedisse ad meam sessionem dum sedeo & postquam sedi, eandem comparationem habet scientia Dei ad meam sessionem cras futuram antequam sedeam: ipse enim sit futura tantum praesentia, nec aliter sit ea cum sint futura, & cum sint praesentia vel præterita; ergo omni simili modo, quo necesse est Deum scire res cum sint, vel cum præterite sunt, necesse est eum scire easdem antequam sint; sed cum res sunt, vel præterite sunt, habet eius scientia necessitatem consequentem; ergo & eandem necessitatem habet antequam res euidentur. Hanc etiam praesentiam semper instantiam eternitatis predictam in Deo, omnimodumque stabiliter ac immutabiliter atem in eo, secundum quemlibet modum suum insecum; ipsem Deum innuit & restatur, Ego, inquietus, sum qui sum, sic dices filii Israel, Quiet, misit me ad vos, Exod. 3. qui & Iohann. 8. Antequam inquit, Exod. 3. Abraham sicut, ego sum: & concordanter Propheta, Priorquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis, à seculo & usque in seculum tu es Deus, Psalm. 89. & intra 92. A seculo tu es; & inferius non. Sicut opertorum mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tu non deficient. Et Apostolus 1. ad Timotheum 6. Solus habet immortalem. Huiusmodi liquider Amoris tuum huiusmodi intellectum & evidenter est; & statuerit expositiones authenticæ, primo & quinto primi præmissæ, quibus & paucis alijs hic adiungam. Beatus igitur Augustinus super illud Psalmi 89. præmissum, sic ait: Optime autem non ait, A seculo tu fuisti, aut usque in seculum tu eris, sed praesentis significacionis verbum potuit, insinuans Dei substantiam omni modo incommutabilem; ubi non est fuit, nec erit, sed tantum est; vnde dictum est, Ego sum qui sum, & Qui est, misit me ad vos; & Mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & annis tu non deficient. Ecce quae eternitas facta est nobis refugium, ut in ea manifist, ad eam de hac temporis mutabilitate hinc adiungam. Beatus igitur Augustinus super illud Psalmi 101. adductum, Speramus, inquit, venturos nos ad hos annos stantes in quibus non circuitu Solis peragitur dies, sed manet quod est secundi est, quis hoc solum vere est. Et supra eodem super illud, In generatione & generationem, seu, sic habet Augustinus, in generatione generationum anni tu, Non aliud, inquit, anni Dei, & aliud ipse; sed anni Dei eternitas Dei est, eternitas Dei ipsius substantia est, quae nihil habet mutabile, ubi nihil est præteritum quasi iam non sit, nihil est futurum quasi nondum sit: non est ibi nisi est, non est ibi fuit, & erit; & quia & quod fuit iam non est, & quod erit nondum est, sed quicquid ibi est non nisi est. Merito sic misit Deus famulatu suum Mosen, qui scit nomen mittens se, & ille indicans immortalem mortalitatem, eternam temporalitatem, Ego, inquit, sum qui sum. Qui & s. super Genesim ad literam 16. Haec eterna incommutabilisque natura, quia Deus est, habet in se sit, sicut Mosis dicitum est, Ego sum qui sum, longe alter quam sunt ista quae facta sunt; quando illud vere ecce primus est, quod eodem modo semper est, Gregorius. D nec solùm non commutatur, sed commutari omnino non potest. Cui & concordanter Cregorius 18. Moral. 31. super illud Job 28. Nec commemorabuntur in comparatione eius, Propheta, inquit, eius incommutabilitatem efficiunt contemplatus, ait, Omnia sicut vestimentum veterantur, & sicut opertorum mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tu non deficient: Hinc ad Moseum dicitur, Ego sum qui sum, & dices filii Israel, Qui est misit me ad vos, solus quippe veraciter est, qui solus incommutabilitatem permanet. Nam omne quod modò sic est, modò alter est, iuxta non esse est: permanere enim in statu suo non potest, arque aliquo modo ad non esseetur, dum ab eo quod fuerat tempus ad aliud per momenta temporum ducitur.

Quinta decima patenter cognoscitur per quintam & sextam & ostensiones eorum, quae & per decimum tertium concluditur manifeste. Si namque secundum decimam tertiam voluntas diuina sit & que libera & contingens intrinsecè respectu praesentum & præteritorum, sicut respectu futurorum, & futura posset & potest possibilitate de qua decima quinta loquitur, nunc & se: per in futurum non velle & nunquam in præterito voluisse: alias enim per decimum primi omnia futura necessariò simpliciter euidentur, quod duodecimum huiusdam;

E posset & potest similiter praesentia & præterita vniuersa: Hac etiam per decimam quartam demonstratur; si namque, ut decima quarta afferit, voluntas diuina sit requiri necessaria respectu futurorum, sicut respectu praesentium & præteritorum, & futura posset & potest (possit) futurorum, sicut respectu praesentium & præteritorum, & futura posset & potest (possit) bilitate huius decimi quintæ) nunc & semper in futurum non velle, & nunquam in præterito voluisse: posset & potest similiter praesentia & præterita vniuersa. Hanc etiam articulatur diuum Gandavensis in ostensione vñdecimæ veritatis, superius recitatum.

Sexta decima infertur ex septima manifeste, quam & decima terria ac decima quartæ & ostensiones

ostensiones eatum ostendunt, hoc adiuncto, quod Deus non potest tali potentia non velle. A praesentia, neque non voluisse præterita; quia necessitatem est necessitate opposita, id est, sequentem Deum velle praesentia, & præterita voluisse, sicut ex isto capitulo & quinquagesimo huius partet.

Septima decima quantum ad vitamque partem affirmatiuam & negatiuam correspondenter cognoscitur per decimam quintam & decimam sextam loco à simili adiuuante.

Decima octava, quantum ad duas partes primas ex 15. & 16. quantum ad duas residuas ex duabus partibus decime septime correspondenter infertur, cùm nihil faciat vel non faciat, nisi quod vult aut non vult, testantibus novo & decimo primi libri. Per hanc autem, ut spero, possunt solvi obiecta de possibiliteate Dei non faciendi quæ faciet, facit, aut fecit, alterque & alia faciendi: Per hanc etiam potest vitari error Abelardi, & articulus Parisiensis dominatus, pro quorum intelligentia pleniori parum altius ordinendum. Porro Patrum scripturas diligenter intendo, evidenter apparet, quod triplex fuit necessitas erronea posita circa Deum, & circa actiones Dei ad extra, quæ omnes ad necessitatem naturæ pariter reducuntur. Quidam namque dixerunt quod quicquid Deus agit ad extra, agit ex necessitate sua essentia, sicut agentia irrationalia, ut lux splendorem & ignis calorem. Alij posuerunt quod quicquid Deus agit ad extra, agit ex necessitate sua scientia, & quod per suam scientiam comprehendit ordinem meliorem posibilem in rebus, cui necessariò se conformat secundum suam scientiam operando. Tertijs crediderunt, quod quicquid Deus agit ad extra, agit ex necessitate sua voluntatis, quæ per suam scientiam comprehendit ordinem meliorem posibilem in cunctis vniuersis, & vnoctuas perfectissima & optimâ simili scientia necessariò se conformat secundum eius dictam interius exterius operando. Hos autem tres errores de illa necessitate recitat Henricus de Gandavo 5. de quodlib. questione quarta, quos & Auicennam imponit. Similes quoque errores imponit Sanctus Thomas quibusdam Philosophis & etiam Theologis, puta Petro Abelardo, in questionibus de potentia Dei, questione 5. querente, Vtrum C Deus possit facere quæ non facit, & dimittere quæ facit, vbi respondendo sic ait; Dicendum quod hic error, scilicet potere Deum non posse facere nisi quæ facit, duorum fuit: Primo, quorundam Philosophorum dicentium Deum agere ex necessitate naturæ; quod si esset, cum natura sit determinata ad unum, diuina potentia ad alia agenda se extendere non posset quam ad ea quæ facit. Secundo fuit quorundam Theologorum considerantium ordinem diuinæ iustitiae & sapientie, secundum quem fuit à Deo res, quem Deum præterire non posse dicebant, & ideo incidebant in hoc, ut dicentes, Deum non posse facere nisi quæ facit: & imponitur hic error Magistro Petro Abelardo. Patet igitur quod iste Petrus intelligit ea solemnè Deum posse facere vel dimittere quæ facit, quantum est de ratione sua potentia naturalis, & de sua potentia nude & absolutè accepta, ita quod illa non se posset extendere ad alia facienda, seu alia dimittenda, quia eius potentia voluntaria non se posset efficer in aliud vlo modo; quare & quod facit & dimittit quæcumque necessitate naturæ & simpliciter absoluta, quod D & alia verba sua indicant manifestè. Recitat enim Bernardus, vbi fuerat allegatus, dicta eius similia in hac verba; Hac ratione, qua conuincitur quod Deus Pater tam bonum genuit Eillum quantum potuit, cùm videlicet alter reus esset inuidæ, clarum est & omnia quæ facit, quantum potest egregia facere, nec vilum commodum quod conferre possit, subtrahere velle. Et post pauca, In tantum in omnibus quæ Deus facit quod bonum est attendit, ut ipso boni pretio potius quam voluntatis sui libito ad singula facienda inclinaridicatur. Item, ex his itaque tam de ratione quam de scripto cojulatis constat, id solum Deum facere posse quod aliquid facit. Et post pauca; Qui si mala, quæ sunt, disturbare posset, nec id eum nisi opportunity faceret, qui nihil importunè facere potest, profectò non video quomodo peccatis consentiens non esset: Quis enim consentire malo dicendus est, nisi is, per quem illud opportune disturbari posset? Item, Predictis itaque rationibus si vel obiectorum solutionibus, liquere omnib[us] reor, ea solummodo Deum posse facere vel dimittere, vel eo modo tantum, vel eo E tempore quo facit, non alio. Et infra cap. 7. errorum eiusdem recitat eum dicentem, In primis videndum est, quid sit consenserit malo, & quid non; ille equidem consenserit malo dicitur, qui cùm debet illud prohibere & posse, non prohibet; si autem debet & non posse, & e contra, si possit & non debet, non esse reus; si vero nec debet nec potest, multo minus reus censendus est; & ideo Deus à consensu malorum alienus est, qui nec debet nec potest mala impedire; ideo non debet, quia cùm res per benignitatem illius eueniunt, quomodo melius possum, nullo modo contra hoc velle debet; ideo autem non potest, quia bonitas illius, electio minori boni illi quod maius est, impedimentum minimè parare potest. Voluit igitur dicere, quod Deus nullo modo haberet potentiam alia vel aliter faciendi, nec dimittendi quæ facit, sicut tam

II. cō quod.

Bernardus.

II &amp;

## C A P. 52.

A argumenta eius quæm verba, in aximè secundum nonam veritate exposta manifestant. Vellit illi autem dicere Abelardus, quod sicut Deus necessario absolute vult finem ultimum, suam etiam felicitatem propriam bonitatem; sic & necessario absolute vult ea quæ sunt ad finem, omnes scilicet creature; Itaque quod omnia ista eadem numero, omnis suis modis ex necessario ordine bonitatis emanant ab illo; quare & quod nullum istorum posset vlo modo dimitti, nec aliquid aliud fieri quouis modo, eo quod tunc turbaretur ordo necessarii bonitatis, nec diminua bonitas manifestate se posset. Quis ergo arguet me de isto errore? Dico enim quod Deus,

quantum est de ratione sua potentia voluntas, contingensim & libertim secundum contradictionem potest non velle quod vult, & velle quod non vult, correspondenter non facere & facere, sicut testatur decima quinta veritas, & sequentes; qui tamen irrepugnante quādam necessitate sequente actum voluntatis diuina positum iam in esse, immutabilemque omnino necessario vult & facit quæ vult & quæ facit, sicut Angelus vel homo, est contingensim &

B & libertim, etiam ex se solummodo sicut Deus, quid vellet, hac necessitate sequente necessario illud vellet. Quare & Sanctus Thomas vbi prius, recitato ex ore Philosphorum & Abe-

Thomus.

lardi, & primo re Jarguto, subiungit, Nunc autem restat inuestigare de secunda positione; Circa quod sciendum est quod duplicitur dicitur Aliquem non posse aliquid; Vno modo absoluere, quando sciicet aliqua principiorum, qua sunt necessaria actioni, ad actionem illam se non extendunt, ut si pes sit contractus, homo non potest ambulare; Alio modo, ex suppositione; Posito enim opposito aliquius actionis, illa actioni fieri non potest; Non enim possum ambulare dum sedeo; Cum autem Deus sit agens per voluntatem & intellectum, sicut probatum est, oportet in ipso tria actionis principia considerare, scilicet primum intellectum, secundo voluntarem, tertio potentiam naturæ. Intellectus igitur voluntatem dirigit, voluntas vero potentiam imperat, quæ exequitur; sed intellectus non mouet nisi in quantum preponit voluntati suum appetibile, vnde totum mouere intellectus est in voluntate. Duplicitur igitur

C dicitur Deum absoluere non posse aliquid; Vno modo, quando potentia Dei non se extendet in illud, sicut dicimus, quod Deus non potest facere ut affirmatio & negatio sint simul vera, ut ex supradictis patet. Sic autem non potest dici, quod Deus non potest facere nisi quæ facit: Constat enim quod potentia Dei ad multa alia potest se extendere: Alio modo, quando voluntas Dei ad illud se extendet non potest; oportet enim quod qualibet voluntas habeat aliquem finem quem naturaliter velit, & cuius contrarium velle non possit, sicut homo naturaliter & de necessitate vult beatitudinem; & miseriam velle non potest. Cum hoc autem quod voluntas vult necessario finem suos naturaliem, vult etiam ea sine quibus non potest habere finem, si hæc cognoscet, & hæc sunt quæ sunt commensurata fini; sicut si volo vitam, volo cibum; ea enim sine quibus finis haberi potest, quæ non sunt fini commensurata, non de necessitate vult; Finis igitur, qui est naturalis diuinæ voluntatis, est eius bonitas, quam non vele non potest; sed huic fini non commensurantur creature, ita quæ sine his diuinæ bonitas

D manifestari non possit, sicut quidem Deus intendit ex creaturis; Sicut enim manifestatur diuinæ bonitas per has res quæ nunc sunt, & per hunc regum ordinem; ita potest manifestari per alias creature alio modo ordinatas; & ideo diuina voluntas absque preiudicio voluntatis, iustitiae, sapientie potest se extender in alia quæm quæ facit: & in hoc suctum decepti prædicti errantes: Affligerunt enim ordinem creaturarum esse quæm commensuratum diuinæ bonitati, quasi absque eo esse non posset; Patet igitur quod absoluere Deus potest facere alia quæm quæ facit, sed quia ipse non potest facere quod contradicitur sicut simul vera, ex suppositione potest dici, quod Deus non potest facere quæm quæ facit. Hinc etiam eristem

Thomus I. part., summ. particul. 25. questione quæta, & ut contra Gentiles 81. & ipsius refellit. Quem & Hugo I. de Sacram. partic. secunda, cap. 22. simili modo intelligit & refellit, quasi videlicet de tristum & diminutum diuinæ potentie infinitæ, vnde sic ait; Eant nunc, & de sensu gloriens, quia opera diuina ratione se putant discutere & eius

E potentiam sub mensura coarctare. Cum enim dicunt, huc vlsque potest & non amplius; quid hoc est aliud quam eius potentiam, quæ infinita est, concludete & restringete ad mensuram? Aliut enim, Nos potest Deus aliud facere quam facit, nec melius facere quam facit; Et infra eiusmodi causa arqueretur quidam inducuntur, ut dicant; Deum suorum sperum mensura ac lege ita astricatum atque alligatum, ut præter quam facit quicquam, nec aliud facere potest nec melius. Ac per hoc plane infinitam illam atque immensam diuinitatis potentiam sub termino ac mensura alligare coniunctur, qui ad aliquid, quod verè finem ipsum habet, eam extendunt, & ultra negant procedere. Certum est enim, quod omne, quod potest, est ad in numero & ponderi & mensura, legitimum terminum & finem suum habet, & idcirco, si ad operis measuram Creatoris potentia modumq[ue] componitur, ipsa proculdubio & sic & mensura

sur

surā terminari declaratur. Hic illi nostri scrutatores, qui defecerunt scrutantes scrutationes, A nonum aliquid & verē nouum, nec tam verū quām nouum afferre se dicunt; & dicunt singulas quidem creaturas per se consideratas à perfecto minus habere; vniuersitatem autem rerum omnia in tanta consummatione boni expressam, vt non possit esse melius quam est. Evidet &c. Cum Augustinus dicit, Multa potest Deus facere que non vult, ad effectum respexit quem non vult; id est, que non operatur, potest operari; non enim ex imponentia dimittit; & secundum hoc potest dici, potest Deus velle quod non vult. Cuius sententiam & panem verba fecutus Petrus i. lente dist. 43. eundem errorem ad eundem intellectum recitat & recordit, Quidam, inquietus, de suo sensu gloriantes, Dei potentia coarctare sub mensura cogniti sunt: Cum enim dicunt, huc vsq; potest Deus, & nō amplius, quid hoc est aliud, op̄ia eius potest, que infinita est, includere & restringere ad mensurā? Aliud enim, Non potest Deus aliud facere quā facit, nec melius facere id qd. facit, nec aliquid prætermittere de his quā facit. Qui & Deus facere nisi quod iustitia sua exigit, & nō potest id facere, qd. iustitia sua exigit vt non fiat, B Dicimus quia in illis locutionibus duplex est sensus. Si enim intelligitis, non potest non facere nisi qd. sua iustitia exigit, i.e. nisi quod iusta voluntas sua vult. falso dicitis: Iustitia enim ipsius Dei æquissima voluntas accipitur, qualiter accipit August. illa verba Domini in Genesi loquens ad Lot, non possum quicquam facere donec illuc introcas, exponens, Non posse, inquit, se dixit, quod sine dubio poterat per potentiam, sed non poterat per iustitiam. Ecce tamen eidenter hic patet sententia supradicta, quod videlicet Deus, quantum est ex parte potest, potest velle quod non vult, & facere quod non facit, sed quantum est ex parte voluntatis sua volentiam iam quicquam actualiter & immutabiliter, vel nolentis, non potest. Quare & in fine distinctionis ostendens Deum posse velle quod non vult nec inquam voluit, sic ait, A quo & alia similia magis expressa in ostensione nonz veritatis fuerant allegata. Hunc etiam Petrum Abelardum Magistrum Parisiensem omnes poneat Doctores Parisienses redargunt in hac parte, quem & vna cum suis discipulis indisciplinatis, umbram quotundam Philosophorum sequentibus atque dicensibus Deum facere, quicquid facit, necessitate nature, puto dedisse causam editio damnationis articuli Parisiensis obiecti: quare & secundum suam sententiam iam præmissam contra eum debet intelligi & exponi. Ita videlicet, quod Articulus ille damnet, quod Deum necessitate est facere quicquid immediate fit ab ipso necessitate coactionis vel necessitate immutabilitatis, necessitate scilicet naturali & voluntarii diuinæ, que naturaliter determinatur ad hanc & non alia facienda, necessitate videlicet absoluta, que ut articulus, ponit in Deo impossibilitatem alteri faciendi, impossibilitatem videlicet naturalem ex defetu potentie naturalis, impossibilitatem scilicet absolutam. Hunc enim in intellectum huius articuli concessantur multalij simul eum isto ab eodem Episcopo condemnati, quorum unus affirmat, quod Deus est æternus in agendo & in mouendo, sicut & in effendo, alter alio determinare potest, quod est prius illo: & Alius, quod illud quod de se determinatur, vt Deus vel semper agit, vel nunquam, & quod sunt plura æterna: & Alius, quod primum principium non potest immediate producere, in generabilitate que sunt noui effectus; D effectus autem nouus exigit causam immediatam quæ potest altere se habere: & Alius, quod Deus est causa necessaria primæ intelligentie, qua posita, ponitur effectus, & sunt similiter duratione: & Alius, quod Deus est causa necessaria motus corporum coelestium, & coniunctionis contingens in stellis, cui & quibus multi alii similes, ante & post prædictum articulum in eadem serie condemnantur. Henricus etiam Gandavensis occasione huius articuli 5. de quodlibet, quæst. quarta querit, Vrum Deus necessario producit quicquid exterius immediate producere, & arguit primo quod sic, quia necessario sequitur, Deus vult hoc facere, ergo hoc facit, & Antecedens est necessarium, quia aliter voluntas Dei esset immutabilis: deinde quod, non, per articulum recitatum; & respondendo dicit, quod secundum Philosophorum sententiam in omni ratione diuina potebatur triplices necessitas superioris recitata; & reprobatis duabus prioribus, scilicet necessitate essentiæ & scientiæ, reprobando tertiam necessitatem, scilicet voluntatis, sic ait, Quod similiter Deus nullo modo agit ex necessitate sua voluntatis sua concomitantis materiali, sive absolute considerata, secundum quod aliqui possent dicere, quod licet non agit necessitate sua naturæ, neque sua scientiæ, agit tamen necessitate sua voluntatis, eo quod scientia sua comprehendit meliorem ordinem in rebus, & voluntas perfecta necessario ei adhaeret, sicut patet, quoniam cum voluntas non sit per se nisi finis sui, & quod est per se alicuius, licet necessarium ordinem habet ad illud, & ad ea que essentiale habent

A bent habitudinem ad illud, non tamen ad ea que habent habitudinem ad illud || accidentalem; || actuellem quo per exemplum ostendo, subiungit, Quare cum voluntas Dei per se sit finis boni quod ipse fecit, etiū necessariū vult illud, & que necessariam ad ipsum habent habitudinem, vt sunt, que cunque sunt in diuina essentia, non tamen necessariū vult illa que habent habitudinem || accidentalem ad illud; talia autem sunt omnia alia ab eo, quia nihil ex eis bonitati sua accrescit; Nulla ergo necessitate vult aliquid illorum, sed nihil facit nisi quod vult; Nihil ergo aliorum à se que facit de necessitate facit. Et infra, Deus non vult de necessitate que sunt extra ipsum, propter quod quando facit ea in esse existentia de quo est quæstio, non de necessitate voluntatis sua facit ea, vt secundum hunc modum bonitas sua essentia non sit ei ratio videnti omnia, quia posset || illa velle que nec vult, nec volet, sicut neque veritas sit essentia || omnia est ei ratio sciendi omnia que scire posset, scilicet ea que possent esse vel forte, nec tamen existunt; vt sicut non de necessitate scit se facere que ipse facit, sicut non de necessitate vult facere que facit, vt iam dicetur: similiter neque de necessitate scit aut vult esse que sunt de necessitate absoluta; Dicendum est ergo simpliciter & absoluiter quod quicunque Deus facit extra se, nullum eorum de necessitate facit, neque eorum que facit immediate, quod secundum Philosophum erat ynicum tantum, quod de necessitate, vt dictum est, poscebant ipsum facere; neque que facit medianteibus aliis, in quo Philosophi nobiscum concordant, neq; etiam illorum quicquam facit necessitate coactionis, quia voluntatem contra propriam inclinationem vel naturalem vel voluntariam impelli in actionem, eo quod impensibilis est & omnipotens; neque necessitate immutabilitatis, que virtutem simpliciter & absoluere in actu ligat & tenet, vt bene dicit articulus damnatus, sicut dictum est opponendo. Qui & infra respondendo ad primum argumentum, sic ait: Ad argumentum oppositum, quod de necessitate illud sit quod Deus vult facere, Dicendum quod verum est necessitate li consequentie, non consequentie; quia Antecedens non est necessarium simpliciter, scilicet quod Deus vult illud facere quod consequentie non praecedente C facit, nisi considerando actu voluntatis vt est in Deo ipsa diuina essentia, qualiter non consideratur in proposito questione, sed solum secundum quod transit actualiter in voluntum extetius: Et quod arguitur, quod Antecedens est necessarium simpliciter, quia quod Deus vult non potest non velle, quia alter sua voluntas est immutabilis, Dicendum &c. in ostensione veritatis undecima allegata. Damnatur ergo in articulo recitato necessitas naturalis, simplex, absoluta, & præcedens respectu volutionis & factio[n]is diuinæ ad extra, non autem necessitas sequens prædicta. Quis enim negauerit necesse esse hac necessitate sequente, Deus facere quicquid immediate fit ab ipso, sicut & hac necessitate, Omne quod est, quando est, necesse est esse, & quod fit & factum est, fieri & factum esse, & Deus velle sic esse. Ex his autem potest clici & habeti quod necessitas immutabilitatis ad intellectum Doctorum est duplex vel triplex. Vna, qua, si esset in vsu, quicquid est aliquale, & non potest non esse tale per mutationem, posset dici, quod necesse est necessitate immutabilitatis ipsum esse tale, quia ab hoc mutari non potest; sive quicquid est præteritum, necesse est esse præteritum, & quicquid fuit futurum, necesse est fuisse futurum, & quicquid est non futurum, necesse est esse non futurum, & similia, & sic non loquitur articulus supradictus. Altera, qua est necessitas stabilitatis & sequens, sicut quinquefimo huius patet, de qua non intelligit articulus memoratus. Tertia, qua est necessitas immutabilitatis naturalis, qua scilicet res aliqua determinatur naturaliter, & necessitate naturæ ad unum aliquid faciendum, nec habet potentiam naturalem ad oppositum, sicut potentia irrationalis actiua, vt patet 9. Metaphys. 10. & talem necessitatem immutabilitatis posuit Petrus Abelardus in Deo ad extra, qualis & in articulo condamnatur. Vnde & Thomas De potentia Dei, vbi prius, Illi, inquit, qui dicebant Deum Thomas. agere ex necessitate naturæ, poscebant potentiam de qua agitur, non solum ratione immutabilitatis naturæ, sed ratione determinationis naturæ ad unum. Quare & Henricus. Eius Gandavensis dicit quod Deus facit ad extra necessitate immutabilitatis, que virtutem simpliciter & absoluere in actu ligat & tenet, vnde bene dicit articulus damnatus. Irrationabiles vero rationes Perri Abelardi, & quorumlibet aliorum, sive Philosophorum, sive fruulophilorum necessitatem naturalem in Deo respectu factorum suorum astruere gestiones, cum nullum animal rationale debet mouere. Si enim agere ad extra necessitate naturæ, cum effectus eius quilibet sit finitus, & ipse esset finitus contra primam suppositionem, & si effectus eius quilibet sit infinitus, quilibet etiam eius effectus esset similiter infinitus, si secundum eam ipse sit infinitus, quilibet etiam eius effectus esset similiter infinitus. Ceterum quod sit infinitus, quilibet etiam eius effectus esset similiter infinitus, si non primi plenius est argutum. Nec Deus per suam scientiam comprehendit, immo nec comprehendere potest melius ens possibile fieri, quo melius fieri nihil posset. Ponatur quoniam quod comprehendat & faciat, & sit A. illud; vel ergo A. est infinitum simpliciter CCCC omniisque

Ecclesiast.

S. Ioh. Hofst.  
Hugo Vidi.

I. suscipienda

I. comitan-  
tibusI. creature  
artificie de-  
fuerit

omniisque & tunc est Deus, quare non factum, ut suppositio prima probat; vel finitum, & tunc esset possibile fieri aliquid matus eo: Quocunq; igitur bono possibili fieri, potest fieri maius semper & maius, quare & similiter comprehendit; quare nec voluntas perfecta & optima potest facere maximum bonum, & optimum possibile fieri; sufficit ergo ei quod faciat bonum quantum sponte voluerit: sine malo, præterim cum nulla sit ratio ipsa prior, aut ipsam regulans in agendis, sed ipsa principium & regula rationis, sicut 21. primi plenius est ostensum. Obiectum quoque fuit superius, quod si necessitas ista sequens poneatur in Deo, omnipotens ligaretur. Sed miror qua mente, qua fronte haec audeant mihi obiecto contrarium affirmantes, cum ipsi necessario concedere habeant Deum aeternaliter prius solutum & liberum, nunc temporaliter nouiter vinculo extrinseco debilitissimo, puta filo araneæ etiam insolubiliter alligari, & liberabiliter captiui, sicut 30. huius plenus est argutum. Ego autem non dico ipsum nouiter necessitari necessitate sequente predicta, nec per aliquid extra ipsum, sed aeternaliter, uniformiter tantum per actum suum aeternum libertinum propriæ & liberissimæ voluntatis. Si quis autem hunc actum voluntatis diuinæ necessarium, seu istam necessitatem sequentem iuxta Poetarum, Grammaticorum, & Rheticorum metaphoras, scuti & amorem, ligamen, neicum, seu vinculum voluerit appellare, non reputo multum contendendum de nomine, dum res sane fuerit intellecta; tunc autem potest metaphoricè dicere Deum ligari, hoc scilicet amoris ligamine & vinculo charitatis: Icio tamen quod nonnulli pietate catholica hoc abhorcent, non quia quod metaphoricè dicitur, non catholicè diciunt, sed quia quod catholicè dicitur, non catholicè intelligunt. Nonnulli enim, qui ligamen & vinculum consuetum aliqualem violentiam importare videtur, simili modo intelligent, si quid tale dicatur de Deo; Sed hi errant, quoniam in ligamine & vinculo consueto sunt duo, scilicet violentia, & firmitas; & quia secundum Philosophum 6. Topic. omnes transientes secundum aliquam similitudinem transferunt, non autem secundum omnes, sicut in Poetria sua ostendit, suffici quod translatio ista fiat pro secunda proprietate, sicut non pro prima. Nec etiam verum est, quod omne vinculum violentiam implicat; Multi enim multarum obligationum vinculis erga Deum & homines se gratis supponunt, & sustineant ea gratis: Vnde Ecclesiastici 6. Mitte pedem tuum in compedes illius, scilicet sapientie, & in torquebus eius collum tuum, subiace humerum tuum, & porta illam, & ne aedificaris in vinculis eius, & erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis & bases virtutis, & torquebus illius in stolam gloriae, & vincula illius nexura salutaris. Quare & Apostolus ad Coles. 3. Charitatem vinculari perfectionis appellat; Vnde & Hof. 11. In funiculis Adam trahab eos in vinculis charitatis. Quare & Hugo de Sancto Victore, De laude charitatis ad Petrum; alloquens charitatem, sic ait; O charitas, quantum potes, quæ Deum supereras! Illum ubi obediens de sede paternæ maiestatis, usque ad inferna nostræ mortalitatis sustinenda, descendere coegeris; sed ex his illius vinculis tuis alligatum: unde amplius pudeat hominem tibi resistere, cum te videat in Deum triumphare; vulnerasti impavidilem, ligasti insuperabilem, traxisti incomparabilem. Qui & iusta laudat hanc charitatem, quia ipsa est Deus; quid autem est haec charitas nisi chara Dei voluntas, & voluntio chara Dei, iuxta præmissa vicesimo quinto primi? Verum quia Henricus Gandavensis imponit. Autem triplacem necessitatem erroneam superius recitatam, & ego ipsum aliquo Dites allegauit. Discutendum paululum si ipsum instre accusat: videatur enim quod potius probabiliter rationabiliterque defendi. Objicit autem ei, quod pro prima necessitate sic dicit, Veritatis prima non est sua prima actio nisi per essentiam; & quis hoc negaverit? Nam actio sua prima non est ad extra, sed ad intra, quæ cognoscit & amat seipsum, & hoc non libet secundum contradictionem, sed pure necessario de necessitate suæ essentiae. Rursum opponit ibi, quod pro secunda necessitate sic dicit, Sua scientia est sciens, quod sua perfectio & sua excellētia est ut sit ab eo bonitas, & hoc est de communib; suam gloriam; & ex hoc quod intelligit se, sequitur ordinatio bonitatis in esse, & intelligit qualiter est possibile & elegans, prouenire esse totius; Vnde, ut dicit, ex hoc quod intelligit ordinacionem & bonitatem, quæ melior esse potest, secundum quod intelligit eam, fluit ipsa tali fluxu, quo perfectius perennatur ad ordinem secundum possibilitatem. Sed si proper hoc dictum mereatur damnari. Quid E non similiter Aug. qui 3. de lib. arbit. 7. ita dicit, Quicquid tibi vera ratione nichil est, et seorsim fecisse Deum in tanquam bonoru omnii conditore? Potest ergo esse aliquod in reru natura, qd: tua ratione non cogitas; non esse autem, quod vera ratione cogitas; non potest. Neq; ut tu potes in creatura aliiquid melius cogitare, qd: || creature artifice fugerit. Humane quippe anima naturaliter diuinis, ex quibus pender, conexa rationibus, cum dicit, Melius hoc fieri secundum illud, si veru dicit, & videt qd, dicit, in illis quibus connexa estrationib; vider, credat ergo Deus fecisse,

A fecisse, quod vera ratione ab eo faciendum fuisse cognovit: etiam si hoc in rebus factis non videt, quia etiam si oculum oculis videre non posset, & tamen ratione vera talis aliquid faciendum fuisse colligeret, credere debuit factum esse, quamvis id oculis non videret; non enim cogitatione videret faciendum nisi in his rationibus, quibus facta sunt omnia. Et 4. super Gen. ad literam 18. Bona facere si Deus non posset, nulla esset potentia; si autem posset, nec faceret, magna esset iniuriosa; quia ergo omnipotens & bonus, omnia validè bona fecit. Qui & de quantitate Animæ 18. Iustitia, inquit, Dei hæc vniuersitas iustatur & regitur, quia etiam factum est ut non modo sive omnia, sed ita sint ut omnino melius esse non possint: Et infra 20. Id Deus iudicavit pulcherrimum, ut esset quicquid est, quo modo est: Et infra, Quis est qui iuste stomachetur, quod agendo atque administrando corpori anima data sit, cùm tantus & tam diuinus seruum ordo connecti melius non possit: Ecce Augustinum. Doctorem Catholicum similem sententiam proficentem; Sic ergo vult expondere B Augustinum, sic & Aviceannam exponat; multis autem modis potest uterque bene intelligi & exponi; vno modo ex parte Dei, & ex parte modi faciendi relati ad Deum, quantum sciencie est ex parte facientis. Omnia enim facit per sapientiam, bonitatem, & potentiam infinitam; & sic responderet Petrus. sentent. dist. 44. & Thomas 1. part. sum. partic. 25. questione vlt. querente, Vtrum Deus possit, quæ facit, facere meliora. Alio modo ex parte rerum factarum, & hoc multis variam; vno modo quod Deus non posset facere res factas easdem numero essentialem meliores, quia tunc essent alia & non eadem, accidentaliter autem possit; & sic responderet Thomas vbi fuerat allegatus. Terius potest dici, quod Deus nihil potuit fecisse melius, id est, purius bonum, scilicet impermixtius malo seu malitia naturali. Dicit enim Philosophus 3. Topic. quod quæ contrarijs impermixtiora sunt magis talia, vt alius est quod nigro impermixtius; quare & minus malum quandoque vocatur bonum, & melius aliquando. Vnde Philosophus 5. Eth. 5. In bonitatem sit minus malum ad malum: C est enim minus malum magis eligibile maiori; eligibile autem bonum, & magis malum. Et Thren. 4. Melius fuit ecclesiis gladio quam interfectis fane, & est modus loquendi creberimus apud omnes. Iuxta quem etiam modum loquendi aliquando dicitur aliquid melius alio, ed quod illud est bonum, aliud vero malum, vel non bonum. Vnde Philosophus 2. de gen. rat. penult. Melius est esse quam non esse; & Propheta; Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas, Psalmi 36. Et Salomon Parab. 16. Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniuritate; & melius est humiliari cum misericordiis, quam diuidere spolia cum superbis. Dicunt igitur Autores Deum non posse facere quicquam melius quam facit, forsitan contra eos qui posuerunt in entibus aliquid per se malum, de quibus tanguntur primo & vicesimo sexto primi: Quibus Aviceanna cum multis Philosophis alijs contradicit, sicut idem vicesimum sextum pandit; quibus etiam quasi omnes Doctores Catholicci concordant, sed specialiter Augustinus in libris suis de libero arbitrio 3. Topic. præstatam; qui & ideo codem 6. dicit, quod animæ peccatrice non vinniperant, nisi in sui comparatione, dum cogitatur quales essent, si peccare volebant. Et infra 7. ostendit nullam rem esse reprehensibilem nisi in comparatione melioris. Nec etiam debet aliquis dicere totum vniuersum aliquidque ipsius posse esse melius quam sit, ita quod possit esse bonum & nunc sit malum, vel non sit bonum. Quare & codem sexto tertii, sicut & tangit 1. Retract. non ostendit quod Deus pro factione creaturarum est laudandus in omnibus, non culpandus: qui & turp. 5. innuit Deum potuisse homines condidisse in aliquo inferiori gradu creaturæ; non ergo secundum ipsum necessario facit Deus semper melius quod posset. Adiuc autem quanto fortassis quantum ad rerum ordinem naturalem, quod videlicet partes animalium & plantarum, & totius mundi, pura elementa & celum, sunt modò melius naturaliter ordinata; quamvis esset si secundum ordinem contrariorum ponentur, ita quod nihil est ibi inutile; neque turp. 4. & hoc innuit Philosophus 13. de Animalibus, & per tres libros sequentes; vbi agit de partibus animalium, & de formatione, convenientia & utilitate earum; & alibi in codem tibus animalium, & de formatione, convenientia & utilitate earum; & alibi in codem libro frequenter, quem & in hac parte sequitur Aviceanna; sicut & de vitroque vicesimum septimum primi allegat: Quos & sequitur Algazel, sicut idem vicesimum septimum primi allegauit. Quod & quantum ad dispositionem elementorum & cœli, innuit Augustinus 3. Allegavit. Cccc 2 de

de libero arbitrio 7. vbi fuerat allegatus, qui & de quantitate animæ 20. sic at, Deus A in nullo actu animam deferit sicut pœna, sine præmio. Id enim iudicauit pulcherrimum, vt esset quicquid est, quomodo est, & ita natura gradibus ordinaretur, ut considerantes universitatem nulla offendere ex illa parte deformitas, omnisque animæ pœna, & omne præmium conferret. Semper aliquid portioni iuste pulchritudinis dispositio-  
nique terum omnium. Datum est enim anima liberum arbitrium, acc. tamen ita liberum arbitrium animæ datum est, vt quodlibet eo moliens, illam partem diuini ordinis legisque perturbet. Datum est enim à sapienciam arque inuisitissimo totius creature Domino Deo. Sed ista, vt videnda sunt, videare paucorum est, neque ad hoc quicquam nisi vera religione sit idoneus. Quæ cùm ita sint, quis est qui iuste stomachetur, quod agendo atque administrando corpori anima data sit, cùm tantus & tam diuinus rerum orde connecti melius non posse? Istam quoque sententiam 3. de libero arbitrio. 14. docet. Si autem aliquo modo dicto, siue non dicto, posse Auicennam, sicut & Au- B gustinus, sanc intelligi, bene quidem; sed autem, etiam bene quidem, quoniam Auicenna non est nisi testis omnino necessarius in hac causa, præcipue vbi erat; verum est in uno vel paucis errauerit, sicut & Philosophi alii, in & Doctores Catholicos, potest in multis aliis dicere veritatem. Si autem potest sanc intelligi, viterius potest dici quod Ganduensis redargit superficiem literæ, seu potius male intelligentes literam Auicennæ; & teste Eustathio, Aristoteles quandoque redargiens, vt videntur, Platonem, noluit arguere contra eum, sed contra eos qui male intelligent eius dicta, sicut secundum primi plenius allegavit. Tertiò obiicit Ganduensis contra Auicennam, quod pro ter- C ria necessitate sic dicit, Omnis scientia, qua scit quod prouenit ex ea, nec miscetur ei impedimentum, placet ei quod prouenit ab ea; ergo || primò placuit, vt ex sua essen- tia fueret omne quod est: Istud autem dictum per se solum non videntur explicite nec implicitè continere necessitatem voluntatis diuinae prædictam, sed innuere potius li- beratem.

Decima nona, vicesima, & vicesima prima ex correspondentibus partibus decima quintæ correspondenter loquendo de posse, & similiter ex tribus primis partibus proxima veritatis lucide consequuntur, cum hoc adiuncto, quod voluntas diuina est causa necessaria, id est, ne- cessariò requisita ad hoc quod aliquid sit futurum, præsens, vel præteritum faciendum, vel factum, seu etiam conservatum, sicut decimum quartum & nonum primi docebant. Decima nona specialiter quæ nulli est dubia: alias enim omnia quæ evenirent, evenirent de necessi- tate simpliciter absoluta, quod duodecimum huius damat.

Vicesima etiam specialiter constat ex quinta veritate huius & ostensione illius, quam & plane confirmant testimonia Henrici de Gandavo ibi, & in ostensione vicesimæ ac decima octauæ Sandri Thomæ 1. part. summ. partic. 19. questione 3. quinto huius; Scotti super 1. sentent. dist. 29. in ostensione 5. & 18. & Roberti Lincolniensis in ostensione nonæ veritatis illarum plenius recitat. Si namque, secundum quod afferunt, potest in voluntate Dei circa esse actualiter creaturarum nulla necessitate determinatur, sed quantum est de se, est ad utrumque de volendo illud & non volendo, possunt & creatura nunc actualiter existentes, nunc & pro nunc non existere. Si etiam secundum eos, non sedentem nunc, possibile est nunc & pro nunc sedere, & è contra; cur non similiter de qualibet creatura nunc ente? Si insuper, sicut Scottus & Lincolniensis affirman, voluntas creatura nunc existens, potest nunc & pro nunc non existere, cur non similiter de similibus fentiendum?

Circa vicesimam primam acris instat certamen propter plurimos repugnantes; hanca ta- men opinor sufficienter ostensum ex ultima parte decima quinta veritatis: quam & satis ostendit ostensum quinto huius. Sit enim A. nomen singulatiter proprium aliquius rei præ-  
titæ, puta diluvij generalis non connotando tamen præscriptionem, nec aliquam conditionem eius accidentalem, sed quatenus est possibile ipsam rem essentialiter, simpliciter, & penitus ab- soluer; cur ergo non posset, aut non potest A. non fuisse? quia repugnantia formaliter im- plicit, quia contradictionem evidenter includit. Nullam haud dubio, sicut ibi fuit ostensi- sum. Aliquando namque, puta quando A. fuit, vel ante, ex ista annuntiatione, A. nunquam fuit, nullū per se impossibile, nulla contradicitione formaliter, simpliciter sequebatur; quare nec modo, sicut ex probatione primæ suppositionis appetit. Ex propositione etiā, quæ aliquando fuit vera, nunquam formaliter simpliciter sequitur illud falsum, quia tunc ex vero falso formaliter sequeretur. Item eiusdem rationis est rem posse non fuisse, quando fuit, & rem posse fuisse, quando non fuit, scil. antequam fuit; sed res quæ non semper fuit, puta mundus vel An- gelus, potest possibilitate huiusmodi di absolute semper fuisse, nulla etiā repugnantia formaliter implicat;

A implicat, necessitatem importat. Potest etiam tali potentia fuisse per unum diem antequam fuit, aut per unum annum & per duos simili ratione; cur ergo non per tres & quatuor, & ita infinitè deinceps? Hoc idem videatur & multorum Doctorum sententia coäfirmare. Item per 20<sup>am</sup>. veritatem, & per nunc præmissa, res nunc præsens potest irrepugnante nunc & pro nunc non esse; & illam est ita necessariam pro nunc esse, sicut A fuisse, ergo A potest non fuisse; Inò videret quod regn, quæ est nunc præsens, sit aliquo modo magis necessarium, saltem multiplicius necessarium pro nunc esse, quam A fuisse: Rem enim præsentem vltra necessitatem ex sola " voluntate diuina virque communem & qualiter intitulat esse necesse est! volum: etc esse per causas proprias naturales, per materiam & formam, & etiam per causas naturales com- munes, ipsam in esse naturaliter conseruantes, A vero necesse est fuisse ex sola voluntate diuina, vel saltem non ex toto cauīs, quia non ex proprijs, cùm iam non sint nec causent; vel B ponatur, quod Deus omnem causam naturalem A propria & communem penitus desirat, conferuando lapidem existentem; & tunc magis apparebit esse magis necessarium lapidem pro nunc esse, quam A fuisse: Si ergo lapis nunc ens, potest nunc & pro nunc non esse, vi- detur quod A tantum vel magis potest non fuisse. Respondebitur forsitan, quod ex prætes- tatione rei præteritæ oritur quedam relatio, qua necesse est simpliciter illam fuisse, quare im- possibile est simpliciter illam non fuisse. Sed hoc reprobatum est prius, quando monstrabatur A non fuisse, nullam contradictionem formaliter implicare. Illam etiam relationem, non est necesse simpliciter esse vel fuisse; Aliquando enim non fuit; quare nec repugnat et forma- liter eam nunc non esse; ergo nihil facit necessarium simpliciter. Illa quoque relatio vel est ad Deum, seu ad voluntatem diuinam, vel rem aliquam naturalem seu res aliquas naturales. Primum erat destrutum per 30<sup>am</sup>. huius; Secundum statre non potest: Ponatur enim quod Deus destrueret omnes causas alias naturales. Tanta insuper & tam potens relatio, inò ra- C tionabiliter potest, sive ad Deum sive ad causas naturales oritur ex præfentia rei præsentis, sicut ex prætentione præteritæ; & illa non obstante, possibile est rem quæ nunc est, nunc & pro nunc non esse, quare & præteritam non fuisse. Nulla enim res absoluta, pura formâ po- tentissima, seu efficiens naturalis facit suum formatum seu effectum esse necessariò sim- plicer, quare nec relatio, cùm sit debilitas esse, sicut 20<sup>am</sup>. huius tangit, facit necessariò ma- simplicer quicquid fuisse. Tanta similiter & tam potens relatio videtur oriri ex futuritione fu- turi, sicut ex prætentione præteritæ, quare & tam necessariò cedere illud futurū dum est fu- turum, sicut & illa illud præteritum. Tunc etiam illa relatio necessitatē simpliciter voluntati Dei ad volendum illam esse, & secundum illam rem fuisse, sicut ex 18. & 19. pridi potest ostendi, quod eius non conuenit dignissimè libertati, sicut trigesimum huius, & decima tercia ac decima quarta veritas manifestant. Adhuc forsitan alij aliter respondebunt, dicen- tes A non posse non fuisse propter defectum relationis necessariò requisita, propter defectum D videlicet voluntabilitatis, seu facibilitatis illius a Deo. Sed si responsum non vira ratio- nes pro hac vicesima prima factas, Nec reddit causam dicti sui. Licet enim Deus non posse vellet contrarium, scilicet A non fuisse; posset tamen, vt videntur, & sicut decima quinta veritas afferit, non velle A fuisse, sicut & potuit priusquam A fuit; quo posito, A non fuisse præteritum per decimum quartum primi, sicut & contra similem responsum trigesimum huius vadit. Eadem etiam ratione, res quæ nunc est præsens, propter defectum relationis consimilis non posset nunc & pro nunc non esse, contra vigesimam veritatem. Talis quoque privatio relationis necessitatē simpliciter voluntatem diuinam ad eam & secundum tam vo- lendum, impossibiliter quoque ipsam ad volendum oppositè, sicut potuit || clivis velle, quod reprobatum est prius, contra similem responsum trigesimo huius scriptam, & est contra decimam tertiam ac decimam quartam veritatem. Talem etiam defectum relationis non simpliciter necesse est esse, aut fuisse, quia nec relationem illam si esset aut fuisse, sicut nec res absoluatas, sicut superioris est ostensum, quod & simil modo potest ostendi. Inò voluntati Dei oppositam, scilicet A non fuisse, est possibile simpliciter nunc esse, sicut fuit ante prætentionem A, sicut ex præmissis potest ostendi, & ex decima tertia & decima quarta ve- ritate. Tertiò dicitur à quibusdam, quod præteritum non potest non fuisse, nec Deus potest hoc facere, quia vtrumque contradictionem includit, ad quod probandum testimonia Do- torum adducuntur. Dicit nempe Augustinus 26. contra Faustum 2. Quisquis itaque dicit, Si omnipotens est Deus, faciat vt quæ facta sunt, facta non fuerint, non videt hoc se dicere. Si H. Agustinus. omnipotens est, faciat vt ea, quæ vera sunt, eo ipso, quo vera sunt, falsa sint. Hoc idem vide- tur sentire Hieronymus ad Eustochium, Aristoteles, & Agatho superioris allegatis quos & San- thius Thomas secutus 1. part. summ. partic. 25. questione 4. quæ queritur, Vtrum Deus pos- sit facere, quod ea quæ sunt præterita non fuerint\*, respondendo sic ait; Dicendum quod sub \* facta

omnipotens Dei non cadit aliquia quod contradictionem implicat; præterita autem non A fuisse, contradictionem implicat. Sicut enim contradictionem implicat dicere quod Socriates sedet & non sedet; ita, quod sedet, & non sedet. Dicere autem quod sedet, est dicere quod est præteritum; dicere autem quod non sedet, est dicere quod fuerit eius oppositum; ad quod probandum allegat dicta Augustini & Philosophi membrata. Sed isti vel intelligunt in sensu complicito, vel in sensu diuiso quod præteritum non potest non fuisse. Si in sensu complicito, ita habent dicere consequenter, quod præsens non potest non esse præsens, & quod futurum non potest non esse futurum, propter similem contradictionem inclusam. Si in sensu diuiso, sumendo scilicet aliquam rem præteritam, pura diuisione, non conuolendo præteritionem, aut aliquam conditionem accidentalem, sed tantummodo ipsam rem nudam, essentialiter, simpliciter & absolute omnino, quia sic sumpta nominetur A; sic est absolute & per se, ac simpliciter irreponganter possibile A non fuisse, sicut superius est ostensum. Pro causa quoque eorum vltius inquirendum, nuncidq; intelligent, quod præteritum non fuisse in sensu diuiso, modo prædicto includat contradictionem per se & omnino formaliter, aut per accidens, & vt nunc tantum. Non primo modo, sicut iam constat: Si secundo modo, causa non ita, loquendo de potentia absolute, sicut logitur veritas ostendenda. Sic enim & ista, Tu curtes, contradictionem includit, si non cursurus. Includit enim per accidens & vt nunc, quod non cursurus sit cursurus: Tu enim actualiter, & vt nunc non cursurus; Imo & sic omnis propofitio falsa de futuro, & variuersitatem eiusdem propofitionis falsa contradictionem includit; quis tamen negaverit hanc esse possibilitem absolute & Deum sic posse verificare istam, Tu curtes, & enundaciones alias multas falsas? Sic ergo zsimu rem que est præterita, pura A, posse non fuisse, & Deum posse facere A non fuisse, per quod intelligo quod Deus, quantum est de eius potentia absolute, & de ratione suæ potentiae voluntiae libera secundum contradictionem, quatenus præcedit causaliter suum actum, quo nunc vult A fuisse, posset illum non elicere, nec habere, sed eius oppositam, sicut potuit, quando A fuit futurum, sicut & posset homo respectu voluti sui præteriti, quia apud Deum nihil intrinsecè præteritum aut futurum, sed aeternaliter & instantaneè tantum præsens, sicut ostensio decimus quartæ declarauit; necessitate tamen sequente non ex præteritione rei, quia ipsa nihil pertinet causat in voluntate diuina, sed tantum ex stabilitate & firmitate & præstantia ad usus intrinseci volutatis diuinae necesse est Deum velle A fuisse, & similiter A fuisse. Verum licet ista ex premisis evidenter videantur, ecce adhuc quedam maiorum meorum testimonia ad evidenter pleniora. Anselmus siquidem 2. Cui Deus homo 17. Deus, inquit, impropri dicitur aliquid non posse, aut necessitate facere; Omnis quippe necessitas & impossibilitas eius lubet voluntati; illius autem voluntatis nulli subditur necessitatē aut impossibilitatē: nihil enim est necessitatis aut impossibile, nisi quia ipse ita vult; ipsum vero aut velle D aut nolle aliquid propter necessitatem, aliecum est à veritate; quare quoniam omnia quæ vult, & non nisi quod vult, facit, sicut nulla necessitas aut impossibilitas præcedit eius velle aut nolle; ita nec eius facere aut non facere, quamvis multa vult immutabiliter & faciat: & sicut cum Deus facit aliquid, postquam factum est, iam non potest non esse factum, sed semper verum et factum esse, nec tamen recte dicitur, impossibile Deo esse vt faciat quod præteritum est non esse præteritū; nihil enim ibi operatur necessitas non faciendo, aut impossibilitas faciendo, sed Dei sola voluntas, qui veritatem semper, quoniam ipse veritas est, immutabilem, sicut est, vult esse: ita si proponit se aliqd immutabiliter facturum, non tamen illa est in eo faciendo necessitas, aut non faciendo impossibilitas, quoniam sola in eo operatur voluntas. Idem de Concord. 2. Res, inquit, aliqua, vt quedam actio non necessario futura est, quia postquam sit, fieri potest vt non sit; & de præterito similiter est verum, quia res aliqua non est necessitate præterita, quoniam antequam esset, fieri potuit vt non esset, quod non incepit E tibi potest intelligi de prioritate potentiae libere secundum contradictionem ad suum actum, sicut in similibus superiori est ostensum. Vnde & Johannes Scotus super 2. sentent. dist. 2. quæstione 7. dicit, quod creatio Angeli, & Angelus non potest non esse in instanti, in quo est in sensu compositionis, in sensu tamen diuisionis bene potest, sicut factum est in materia de prædestinatione & præscientia Dei: vbi & dicit, quod conservatum possit non esse quando conseruatur, & quando producitur in sensu diuisionis. Et infra respondendo; Cum, inquit, dicitur in argumento, Deus non potest facere Angelum non fuisse, negatur ista vt significate per fuisse; & si dicatur, præteritum non potest non fuisse, negatur, quia hoc non est præteritum in se, i.e. per se & essentialiter, quia præteritum seu esse præteritum non est de sua essentia, neq; sibi essentiale, sed accidentale, quare & est absolute possibile separari. Hęc autem quæst. 7.

super

A Super distinctionem secundam quibusdam libris est prima super cuncta dist. Ipse enim bis scriptus super sententias, & haec est causa discordia in hoc loco, sicut in alijs locis multis. Hoc idem reitur Gilbertus super librum Boetij de Trinit, affirmans quod Deus potest facere Petrum nonquam fuisse, & quod ista mulier corrupta nonquam fuerit corrupta. Hunc etiam sequitur Willielmus Altilsiocorensis Episcopus, qui super 1. sentent. quæst. 49. querit, Utrum Deus possit damnare Petrum & salvare Iudam: & arguto, quod sic quia hoc potest de potentia & quod non, quia hoc non potest de iustitia, sic respondet, Dicimus, quod Deus de potentia pure considerata potest damnare Petrum, habito respectu ad potentiam Dei, & potentiam Petri naturalem qua potuit peccare & non peccare; sed non sequitur, ergo potest damnare Petrum, quia hoc verbum potest, in conclusione respicit merita. Vel si verum est, quod dicit Magister Gilbertus super librum Boetij de Trinit. Dicit enim: quod Deus potest facere, quod Petrus nonquam fuisse, potest dici secundum hoc quod Deus potest damnare Petrum, quia potest facere quod Petrus incipiat modo esse, & possit peccare & peccet, & sic damnatur. Qui & iusta quæst. 50. querit Vtrum Deus possit facere de corrupta virginem: & arguto, quod non, per autoritatem Hier. superius allegatam; & quod sic quia potest reparare et eos & mortuos, quare & corruptam recitat, vna responsione dicente, quod Deus non potest facere de corrupta virginem, quantum ad ordinem dignitatem virginitatis, quia non potest facere ipsam non fuisse corruptam, quoq; est quod tam dignitas in virgine, secundum quam meretur aureolam, obicit contra eam, Det Deus huic corrupte omnimodam dignitatem virginitatis si potest, ergo potest de corrupta facere virginem: si non potest dare modo, & prius dedit, ergo aliquid impedit, & non nisi præterit, quia scilicet quod factum est non potest non fieri; ergo aliquid impedit potentiam Dei; ergo Deus non est omnipotens. Quare & alter responderando ad quæstionem subiungit, Proprius hoc oportet dicere, sicut dicit Magister Gilbertus, quod C Deus potest facere, quod ista nonquam fuerit corrupta, quia quantum in se, non se haber aliter ad res quam se habuit ab aeterno, unde præteritum, præsens & futurum ex parte rerum sunt, no ex parte Dei. Sed nos consuevimus in huiusmodi loqui cum suppositione præteriti; cum dicitur, Deus non potest de corrupta facere virginem: hoc enim non potest facere cum suppositione præteriti, potest tamen secundum se, cum sit omnipotens, & in omnipotencia eius intelliguntur quatuor, scilicet ampliatio potentie, quæ non est determinata ad aliquæ effectum, sicut potest calefacere ad calefacere, & quod ex se, & per se possit, id est, sine indigentia auxilio & auxilio extinente. Ex hoc autem appetat vna solutio obiectoru. Nam secundum istum Doctorem, autoritates dicentes, præteritum non posse non fuisse præteritum, nec Deum posse facere de præterito non præteritum, seu virginem de corrupta, intelliguntur in sensu complicito, scilicet compонendo, & con significando cum re præteritionem, non in sensu diuiso, scilicet ut sit à re præteritione, & sumendo eam nude, essentialiter, & simpliciter ab solute, sicut superius dicebatur; vel etiam secundum communem modum assignandi sensum compositionis & diuisum, qui non differt realiter à priori: Dicit enim, Nos consuevimus in huiusmodi loqui cum suppositione præteriti, cum dicitur, Deus non potest de corrupta facere virginem, hoc est, non potest hoc facere cum suppositione præteriti, potest tamen secundum se. Hęc eadem Logica videtur Ansel. de Concord. 2. vbi faciendo istam distinctionem in enuntiationibus de necessario, de futuro, præsenti, atq; præterito concedit sensum compositionis, & negat diuisum; unde sic ait, Quippe non est idem, rem esse præteritam, & rem præteritam esse præteritū; aut rem esse præsentē, & rem præsentē esse præsens; aut rem esse futuram, & rem futuram esse futurā, sicut non id est, rem esse albam, & rem albā esse album: Lignum enim non est semper necessitate album, sed aliquando, priusquam fieri album, potest non fieri album, & postquam est album, potest fieri non album; lignum vero album semper necesse est esse album, quia nec antequam sit, nec postquam est album, fieri potest vt album simili non sit album: Similiter res non necessitate est præsens, quoniam antequam esset præsens, potuit fieri vt præsens non esset, & postquam est præsens, potest fieri non præsens; rem autem præsentem, necesse est esse præsens, & postquam est præsens, potest fieri non præsens, potest fieri non præsens, potest fieri non præsens. Eodem modo res aliqua, vt quedam actio, non necessitate futura est, quia priusquam sit, fieri potest vt non sit futura; rem vero futuram necesse est esse futuram, quia futurum nequit simili esse non futurū: De præterito autem simili est verum, quia res aliqua non est necessitate præterita, quoniam antequam esset, potuit fieri vt non esset, & quia præteritum semper necesse est præteritum esse, quoniam non potest simul non esse præteritum. Secundū cuncte quoq; Logicā Io. Scotus in cunctis sent. dist. 39. simili modo distinguunt; Scotus. concedit & negat illud vulgā Philos. i. peri hermenias vlt. Est qd. est, quando est, necesse est: Dicit enim quod res aliqua, pura A quæ nunc est, nūc & pro nunc potest non esse, sicut in ostensions

sione quinta veritatis fuerat allegatum. Eandem etiam Logicam innugns Sanctus Thomas A 1. part. sum vbi fuerat allegatus, respondendo sic aut; Dicendum, quod licet præterita non fuisse si tempore possibile per accidens, si consideretur ad quod est præteritum, scilicet cursus so- cratis; si rames consideretur præteritum sub ratione præteriti, ipsius non fuisse est impo- sibile per se, & absolute contradictionem implicans. Videtur igitur, quod quando dicitur præ- terita non posse non fuisse, nec Deum hoc posse facere, intelligat in sensu composito, non diuiso. Hunc etiam attestatur aliud dictum eius in De aeternitate mundi, & distinctione eius de necessario, & alia distinctione similis prima parte summæ partic. I 92. questione 32. 50° huius premis. Hoc idem potest & aliter confirmari; Ipse namque non audet concedere diminu- tionem potentie Dei intrinsecus qualitercumque, quare nec audebit concedere, quod Deus olim potuit quicquam velle vel nolle, quod modo non potest. Arguit siquidem, vbi prius, B præterita posse non fuisse, hoc modo; Quicquid Deus facere potuit, potest, cum eius po- tentia non mutuatur; sed Deus potuit facere antequam Socrates curreti, quod non curreti, ergo, &c. & responderet hoc modo. Dicendum, quod sicut Deus, quantum est ad perfectio- nem diuinitatis, omnia potest, sed quædam non subiacent eius potentie, quia deficient à ratione possibilium; ita, si consideratur immutabilitas diuinitatis potentie, quicquid Deus po- tuit, potest; & potuit olim velle diluvium nunquam fuisse futurum, præsens, nec præteri- tum, potest ergo & modò. Verum contra istam responsum bogum Doctorum potest non improbari replicari. Si enim Philosophi & Theologi afferentes præterita non posse non fuisse, nec Deum hoc posse facere, intelligent in sensu composito, habent afferere confe- quenter ad similem intellectum, futura non posse non fore, præsentia non posse non esse, nec Deum posse facere hoc vel illud, nec aliquid quod non facit; cum tamen hac afferant, illa negant. Quamobrem pro intellectu Philosophorum & Doctorum elucidatius forsitan cognoscendo, sciendum quod Philosophi considerantes de causis naturalibus, & cursu en- C tium naturali, dicentes quicquam posse fieri vel non posse, intelligunt ut frequenter de pe- tentia causarum naturalium & inferiorum, & secundum cursum & ordinem naturalem re- bus naturalibus naturaliter institutum; sive verum est præterita non posse fieri non præteri- ta, sicut futura possunt fieri non futura, & præsentia non præsentia, cum illa adueniunt, hec recedunt. Adhuc autem, vt reor, est alius profundior & superior intellectus; volvendo si- quidem diligenter libros Philosophorum, & diligentius revoluendo, apparet eos ponere di- uisionem generalem bimembrem, in terminos, scilicet, & in vias: Terminii autem sunt duo; esse scilicet & non esse; viæ quoque correspondenter sunt duæ generatio & corruptio ad hos terminos deducentes. Videntes igitur Philosophorem quamcumque in alterutro termino exi- stentem, ad hoc quod sit in altero, transire per viam ad illum, vel quod terminus ad illum quo- quomodo accedit, dicunt portere hoc fieri per generationem vel corruptionem, mutatio- nem seu mutationem in ipso vel in alia; quare & cum dicunt rem existentem in aliquo termino, D hoc est, in vel sub qualicunque esse vel non esse, posse esse in vel sub termino opposito, intel- ligunt de potentia mutabili, actuabili, & terminabili terminis oppositis succendentibus ini- cium, quæ non potest exire in actum nisi per qualicunque mutationem in illa re vel in alia, per accessionem scilicet ad unum oppositorum, & recessum ab altero. Vt autem quād breuius sciueri, hoc exponnam, dico, quod duplex est potentia; una scilicet: penitus absoluta, seu non repugnante, & sic aliquid quod est aliquale, potest esse non tale sine mutatione quacunque, sicut undecima veritas ostendebat; alia est potentia naturalis, & secundum contradictionem & ordinem naturalem mutabilis, actuabiles, & terminabiles terminis oppositis successivis; & secundum istam, quicquid, qualicunque est, non potest esse non tale, nisi per aliquam mutationem inter terminos oppositos in ipso vel in aliquo alio, sicut duodecima veritas suadebat: & de potentia ita communiter loquuntur Philosophi, quando dicunt aliquid seu aliquale posse, vel non posse esse tale vel tale propter causam præmissam. Sic ergo loquendo de po- tentia verissimum est, præteritum non posse non esse præteritum: Non enim hoc potest per E mutationem, seu actionem iuxta terminos oppositos, scilicet inter præteritum & non præ- teritum; Nam contradictionem evidenter includit, quod A prius fuit præteritum, & nunc non sit præteritum; de futuris autem & præsenibus non est ita. Futurum enim potest mutari, & mutabitur de futuro, in non futurum, quando sicut præsens, & præsens de præsenti in non præsens, quando in præteritum dilaberatur. Hæc ergo secundum Philosophos & Theologos est differentia rerum secundum triplicem differentiam temporis diuisiarum, quod futurum po- test mutari, & fieri de futuro non futurum, & præsens de præsenti non præsens, præteritum autem de præterito mutari in non præteritum, est impossibile absolute, adhuc autem iuxta præmissa viderius aduertendum, quod duplex est factio, una mutabilis seu ipsa mutatione, in- tiabilis

A triabilis & terminabilis terminis oppositis, quæ correspondet simili potestia, scilicet natu- rali, mutabili, actuabili, & terminabili supradictis. De qua potentia quasi semper intelligunt, & loquuntur Philosophi, Theologi, & vñfuerūlitter omnes docti pariter & indistincti, cum di- cant quicquam post fieri, vel non posse, cuius causa est, quia quicquid vident fieri naturaliter, artificialiter, voluntariè, violentè, casualiter vel fortuito, vident fieri per huiusmodi factioem. Huius autem causa videretur alia causa prior; factio namque precedit factum na- turaliter & causaliter suum factum, quare nec temporaliter potest ab eo precedi, faciens quoque similiter factioem, nec potest temporaliter ab ea precedi: quamobrem & faciens suum factum, nec potest temporaliter ab eo antecedi. Quare & sicut omne faciens tempo- rale habet principium temporale, sic & quilibet eius factio, & quodlibet factum eius. Pri- ma igitur factio, scilicet mutabili & terminabili terminis oppositus, non potest Deus fa- cere de præterito non præteritum, ita videlicet quod aliquid primò sit præteritum, & deinde B recedat ab illo tanquam à termino à quo factio & motus, & accedat ad non præteritum tanquam ad terminum ad quem ciudem factio & motus: sic enim aliquid primò efficit præteritum, & postea non præteritum, quod contradictione implicat evidenter. Philosophi ergo & Theologi diuidentes generaliter vñuersa secundum differentiam triplicem tempo- ralem, secundum futurum, videlicet, præsens, & præteritum, intendunt assignare vñerus istam differentiam inter membra, quod Deus haec factio initiali & terminabili terminis oppositis potest facere de futuro non futurum per productionem eius in esse, & de præsenti non præsens per subductionem eius ab esse; de præterito autem non præteritum nullo modo. Is autem intellectus evidenter apparet ex verbis Doctorum & Philosophorum ad opposi- tium proximo adductorum. Vnde beatus Augustinus 26. contra Faustum negans Deum *Augustinus.* posse facere ut quæ facta sunt non fuerint, sicut plenius allegabatur superius, ostendendo se loqui de huiusmodi factione terminabili, & mutabili de aliquo termino in eius oppo- C situm, immediate subiungit; Potest facere ut aliquid non sit quod erat; tunc enim facit ut non sit, quando aliquid est inuenitur de quo fiat, velut cum aliquem, qui ceperit esse nascendo, faciat non esse moriendo; hoc enim factum inuenit de quo fieri. Quis autem dicat, ut id quod iam non est, faciat non esse? Quicquid tamen præteritum est, iam non est; quod si de ipso fieri aliquid potest, adhuc est de quo has; & si est, quomodo præteritum est? Autoritates verò dicentes creaturam non posse semper fuisse, intelligunt ut creatura im- portat factioem ex nihilo præcedenti, initialem scilicet atque mutabilem factioem, sup- ponentes Catholicam veritatem: aliae autem, quæ dicunt nihil aliud à Deo posse esse co- eternum, cum eo intelligunt forsitan, supposita Catholicæ veritate, videlicet quod omne aliud à Deo sit factum, post non esse ab eo. Vel forte subtilius, quod nihil aliud à Deo potest esse eternum propriæ, ita quod habeat totum esse suum simul, sine aliqua successione mutabili, & sine possibilitate ad mutationem, sicut Boetius, Ascasius, & capitulum pro- D ximum loquuntur. Vnde licet mundus non haberet principium durationis seu temporis, neque finem, nequamquam aeternus propriæ diceretur propter defectum causæ prædictæ. Quare & Boetius 5. de consolatione Philosophia prota vita ita scribit, Quod temporis *Boetius.* patitur conditionem, licet illud, sicuti de mundo censuit Aristoteles, nec cooperi vñquam esse, nec desinat, vita eius cum temporis infinitate protendatur, nondum tamen tale est ut eternum esse iure credatur: nos enim totum simul, infinitæ licet vitæ, spaciū compre- hendit atque complectitur, sed futura nondum habet, transacta iam non habet; quod igitur interminabilis vita plenitudinem totam pariter comprehendit ac polsiderit, cui neque futuri quicquam absit, nec præteriti fluxerit, illud eternum esse iure perhibetur, idque necessitatis est & sui compos præsens sibi semper adsistere, & infinitatem mobilis temporis habere præsen- tem; vnde non restet quidam, qui cum audiunt vñsum Platoni mundum hunc non habuisse initium temporis, nec habitum esse defectum, hoc modo conditori conditum mundum fieri coeternum putant. Aliud enim est per interminabilem duci vitam, quod Mundo Pla- to tribuit, aliud interminabilis vita totam pariter complexum esse præsentiam, quod diuinamentis proprium esse manifestum est: neque enim Deus conditis rebus antiquiori videi- debet temporis quantitate, sed simplicis potius proprietate naturæ. Pro his tamen & alijs quedam distinctione de eternitate seu aeterno non utilis est notanda. Vno namque modo *Clement.* Autores eternum, sicut nunc est dictum; alio autem modo ut importat tantum carens principiis atque finis; vnde & Grammatici, sequentes Euerardum Birthynensem, seu secundum quosdam Bathoniensem in suo Grecismo, vbi assignat differentias nominum, ita dicunt; Aeternum vere sine principio, sine fine, perpetuum cui principiū, sed fine carabit: & quia iste secundus modus est facilior intellectu quam primus, omnes poenè, neglecto pri- mo,

adherent mo, "adherent secundo. Alit adhuc Autoritates, quæ assertunt creaturam non posse esse A coeternam Creatori, possunt intelligi & cōponi ut alia prius tanta. Eundem etiam intellectum inquit Hieronymus manifeste, cūm dicit Domum non posse facitare virginem post nūnam: suscitatio namque evidenter imporrat aliquem transitum de uno oppositorum in aliud, pura de morte ad vitam, de malitia ad bonitatem, & vniuersaliter de qualicunque non esse ad esse oppositum. Simili modo potest & glossa intelligi super Amos, quæ dicit quod virgo quæ virginitatem perdidit, virginitatem recipere non valebit: recipere namque item capere, & alia vice capere, & ita mutationem & terminum initiatum designat. Vei solan intelligit secundum legem statutum; immediatè namque subiungit, Vix conceditur ei, vt de mille redeat ad centum, & de centum ad decem; quod fortassis debet intelligi secundum dignitatem & ordinem in Ecclesia militante, non secundum gratiam & meritum. Secundum namque iura Ecclesie in Decretis & Decretalibus satis vulgata, in ordinibus & dignitatibus constituti si possunt peccare, quod debent deiici aut suspendi, nec in perpetuum B reparari, sed in statu inferiori perpetuo remanere: omne autem peccatum est quædam de virginatio, defloratio, atque corruptio peccatoris. Et iste similiter intellectus consonat verbis glossæ; alii enim, Israēl ut virgo Israēl, quæ erauerit, non habeat suscitantem, quia qui semel ab unione discesserit, & virginitatem, quam cum uno viro habebat, perdisserit, pristinum statum, & virginitatem, & viuionis beatitudinem recipere non valebit; & vix conceditur ei, vt de mille redeat ad centum, & de centum ad decem. Concordat etiam tex-  
tui qui pro eodem habet, dominum Israēl cecidisse, & virginem Israēl esse projectam in terram; quæ etiam non negat potentiam resurgendi ad statum æqualem, sed actum, gradum inferiorem ei assignans: vnde sic ait, domus Israēl cecidit, non adjicet ut resurgat; virgo Israēl projecta est in terram suam, non est qui suscitet eam, quia hoc dicit Dominus Deus; Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquuntur in ea centum; & de qua egrediebantur centum, relinquuntur in ea decem. Super quod Glossa, Non negat posse resurgere, sed non C resurger virgo Israēl, quia semel aberrans; & si reportatur humoris pastoris, non habet eandem gloriam cum illo, qui nunquam à Deo aberrauit: vnde per Proprietatum, Malo penitentiam peccatoris quam mortem; penitentiam non sanctitati Ecclesie comparat, sed quod comparata morti & inferis, melior sit. Ad literam etiam, nulla feminina vitiata etiam ante baptismum potest inter Dei virgines consecrari, teste Augustino super epistolam ad Timum, & allegatur in Canone dist. 26. Acutius, cui & concordantia iura multa. Per praedicta similiter patet intellectus Philosophi 6. Eth. dicentis, quod factum non contingit non fieri: loquitur enim ibi de consiliabili & eligibili per causas inferiores, pura per homines; dicitque quod nullus eligit factum, scilicet præteritum, puta Ilium capitam fuisse, nec consiliatur de facto, sed de futuro & contingenti, quia factum non contingit non fieri: quod totum uniformiter & conformiter processu intelligitur manifeste de potentia causarum secundarum, scilicet hominum, & verum est quod per potentiam, consiliationem, aut elec-  
tionem humanam quod factum est, non contingit non fieri, sed futurum contingens con-  
tingit fieri, vel non fieri per has causas. Intelligit etiam consequenter, quod præteritum non potest non esse, seu fieri non præteritum potentia & factio mutabilis, initiables & terminabili terminis oppositis, sicut sunt omnes veri propriaque effectus causa veræ & propriæ facien-  
tis; vnde & ipsomet 2. Phys. 31. Medicus, inquit, & consilians, & omnino faciens, omnes sunt principium mutationis aut status. Dicunt autem ipsius Agathonis, videtur calamiam iustum pati: non enim hoc <sup>solo</sup> Deus priuat, ingenita facere quæ sunt facta. Priu-  
tar namque & isto, de præsenti nunc facere mutabiliter nunc & pro nunc non præsens; de futuro autem exhibitionem rei facere mutabiliter non futuram; de numero quatuor contradictionum contingentum facere omnia simul vera quæ possunt esse simul veræ, & quæ potest facere simul vera; facere maximum lineam circularem, aut rectam finitam possumi fieri, seu quæ potest, facere, inscribere, vel circumscribere circulo maximam E vel minimam figuram rectilineam; facere alium Deum, & deos infiuitos, & vniue. Soliter nihil quod contradictionem necessariò implicat, potest Deus. Dicit quisnam fortassis pro Agathone, quod nihil horum est aliquid; & ego contra vtrumque; ergo nec ingenita facere quæ sunt facta. Verum ne Agathonem non recte dixisse, quem Aristoteles recte dixisse restatur, videat dicere minus recte; dico quod ad literam recte dixit: dicte enim Deum priuari huiusmodi facere, sed non potentia faciendi; & verum est, & necessarium est, Deum nequam ingenita facere quæ sunt facta, quod tamen hoc non possit, non dicit. Potest etiam intelligi & exponi quod Deus hoc non potest per potentiam & actionem causarum naturalium & inferiorum, sicut potest facere effectus futuros, nec e-  
tiām

compe-  
rancs.

Philosophus

j. folium

Autam potentia & factio mutabilis & terminabili terminis oppositis, sicut dictum Philosophi exppositum erat prius. Fortassis autem & aliter potest, exponi propinquius menti tuæ, vt supponat generaliter omnia esse divisa in tria, futurum, præsens, & præteritum, sive factum; & per hoc, quod dicit exclusuè, solo ipso Deus priuat, Ingenita facere, &c. intendat includere vitium trium membrorum divisionis præmissæ, & excludere duo priora: intelligat etiam de factio mutabilis & terminabili terminis oppositis, & sic verum est, quod de numero horum trium, hoc solo Deus priuat facere, id est, posse facere huiusmodi factio de præterito tanquam de termino à quo factio & mutationis, non præteritum; Hoc enim contradictionem evideenter includit, quod scilicet aliquid prius sit aut fuit præteritum, & posse non præteritum; de futuro autem tanquam de termino à quo potest facere factio huiusmodi non futurum; & de præsenti non præsens; quod & facit continuè, cū illud aduenit, hoc recedit. Dictum vero Aristotelis in De mundo similiter potest intelligi & exponi secun-  
dum præmissa, & similiter dictum Plinij recitatum; verumnam Plinjus pessimè delirare videtur, dicendo Deum nullum ius habere in præterito, nisi obliuionis, sicut 14<sup>a.</sup> 6<sup>a.</sup> & 23<sup>a.</sup> primi docent. Negantes ergo Deum posse facere de præterito non præteritum, intelligunt de potentia & factio secundum cursum & ordinem naturalem rebus naturalibus naturaliter institutum, de potentia & factio mutabili, actuabili, & terminabili terminis oppositis supradicta. Verum, sicut superiorius breviter rangebat, est quædam alia factio hinc opposita, scilicet stabili, non mutabilis, non actuabili nouiter, non initiables nec terminabili terminis oppositis, & hec correspondet potentia absolute & irreponit factio supradicta, secundum quam etiā illud quod est aliquiae in hoc præsenti instanti, potest heri à Deo in hoc præsenti instanti non tale, immo & conditionis opposite sine mutatione quacunque, iuxta 11<sup>a.</sup> veritatem. Deū enim sic facere, esset ipsum sic velle: sic enim fortassis posset Deus facere mundum, qui est initiatus & temporalis, non esse huiusmodi, sed æternum. Nullam enim contradictionem includit C formaliter simpliciter, vt videtur, mundum non habere initium durationis vel temporis, sed semper fuisse, sicut nonnullis videtur; vel saltem sic posset facere mundum antiquorem, & fuisse priorem temporaliter quatuorunque: Hoc enim nullius repugnat, formaliter implicat autem. Huiusmodi autem factio similis est generationi, cognitioni, & voluti-  
tioni diuina, immo verius scientie & voluntationi Dei ad extra; qua secundum quintam, sextam, & octauam veritatem, quod vult, nunc & scit, posset & potest nunc & pro nunc non sci-  
re nec velle sine mutatione quacunque: similis etiam est doctrinæ, qua Pater æternaliter Filium & Spiritum Sanctum docet, de qua 134. iiii. Huiusmodi autem modus loquendi de  
factio habetur Ioh. 11; vbi queritur sic de Christo, Non poterat hic, qui aperuit oculos  
ceci nati, facere ut & hic non mereretur. Sic etiam loquitur Augustinus 26. contra Faustum  
2. Si audiam, inquiens, quod aliquid futurum erat, si Deus fecerit ne fieret, fidissime respondebo.  
Illud potius futurum erat quod Deus fecit, non illud, quod si futurum esset, hoc fecisset;  
Nam Deus quid facturus erat vtique sciebat, & ideo simili sciebat illud futurum non fuisse,  
quod ne fieret facturus erat. Sic insuper loquitur Petrus 1. sentent. dist. 38. dicens, quod De-  
D us potius facere, vt quod fit non fieret, & ita non esset prædictum. De potentia igitur absolu-  
ta & non repugnantie supradicta & huiusmodi factio potest Deus facere rem quæ est præ-  
terita, pura A. nude & absolute consideratam non esse præteritam. Deum namque sic facere,  
non esset aliud quam nolle ipsam esse præteritam, seu velle oppositum nolitione seu volu-  
tione non mutabilis, non initiables aut terminabili, sed stabili & æternæ, quod est absolute & irre-  
pugnante possibile, & quantum est de ratione sui potest absolutæ, & quantum est de rati-  
one sui & potest voluntate liberæ secundum contradictionem, quatenus præcedit causaliter  
suum actum, quo omni eodem modo intrinsecè vult nunc A. fuisse; sicut voluit prius nunc A.  
fore, vt præcedentia docuerint; cuius causa est, quia apud Deum intrinsecè nihil est præteri-  
tum nec futurum, sed immutabiliter stabilit, æternaliter, & instantaneè tantum præsens, si-  
cūt superiorius monstrabatur. Porro quiá videtur fortassis aliquibus difficile intellectu, quomo-  
do præteritum potest fieri non præteritum factio non mutabilis, non initiables nec termi-  
nabili terminis oppositis supradicta: nam contradictionem evideenter includit, quod aliquid de futuro, tan-  
quam

quam de termino à quo factio[n]is & mutationis fiat non futurum, nisi per positionem eius in A esse. Ecce adhuc exemplum evidenter forsitan ad hoc idem: Aliquid, ne[m]pe non futurum, potest fieri futurum: Sit enim A, effectus possibilis fieri, qui non fieri; &c., sicut quilibet confitetur; Deus de sua potentia absoluta potest facere quod A. erit; quare & quod non est futurum, esse futurum, sed non factio[n]e mutabili, initabili, aut terminabili s[ecundu]m dicitur: nam contradictionem implicat evidenter, quod aliquid aliquando sit futurum, & semper vel aliquando prius fuit non futurum, sicut decimum octauum huius ostendit. Sicut igitur non futurum potest fieri futurum, & futurum non futurum absque positione eius in esse factio[n]e non mutabili sed stabili, sic & præteritum non præteritum simil modo potest. Non ergo sequitur, sicut obiectebatur superius, si præterita possunt ita potentia non fuisse, quod per mutationem hoc possint: nec etiam sequitur, si præterita possunt esse aut fieri non præterita, expedire hominibus consiliari de ipsis; non enim omne quod potest esse aut fieri, hoc potest per consilium hominum potentiam humana[m].

Vicesima secunda veritas dicit, quod res futura non potest non fore, nec praesens nunc & pro nunc non esse, nec præterita non fuisse, accipiendo correspondenter potentiam 16. veritatis, que sic intellecta ex eadem 16. sequitur evidenter, hoc uno adiuncto, quod voluntas divina est causa necessaria, scilicet instrutabilis & indefectibilis in causando, sicut decimum primi docet; Potest etiam h[oc] ostendit ex prima parte negativa 18. veritatis.

Vicesima tercia veritas ex tribus primis partibus 17. ciare patet, hoc adiuto, quod voluntas divina sit instrutabilis & indefectibilis in causando: sequitur etiam ex correspondentibus partibus 18. veritatis.

Vicesima quarta ex ultima parte 17. sequitur manifeste, hoc uno coassumpto, quod voluntas divisa est causa necessaria, id est, necessario requiri ad hoc quod aliquid sit futurum, praesens, vel præteritum, sicut decimum quartum & nonum primi demonstrant: Hæc etiam ex ultima parte negativa 18. ostendit manifeste. Secundum h[oc] autem potest conuenienter intelligi & exponi illud vulgatum Philosophi, Ese quod est, quando est, & non esse quod non est, quando non est, neccesse est, & similia. Dicta tamen Autetris, Hugonis, & Petri hic obiecta erant exposta sexto huius. Illud quoque Philosophi, û ennia ex necessitate essent auctor, non oportere consiliari, neque negotiari, fuit expostum vicesimo nono huius: potest etiam conuenienter exponi, quod intelligit ibi de necessitate contraria & repugnante possibilite & contingentia precedenti, sicut in ostensione nona veritatis apparet. Similibus quoque modis potest exponi dictum eiusdem Philosophi ex 3. Eth. obiectum. Alia etiam similitudinaria reputo similiiter expoundenda. Per præmissa similiiter possunt Deus, Christus, & Propheta, qui prædixerunt aliqua adhuc futura, à fallacia, mendacio, & ab omni inconveniente defendi; quia sicut illa futura possunt nullatenus eveneri, sic & illæ reuelationes, promissiones, iuraciones, & prædictio[n]es præterita non fuisse.

Vicesima quinta ex præmissis de æternitate consequitur evidenter. De futuris namque contingentibus, quando sicut præsentia atque præterita, erit determinata veritas apud Deum, & non tunc primo & nouiter, quia apud Deum intrinsecè, & in æternitate nihil prius aut posteriorius successit, nihil mutabile, nihil nouum, sicut præmissa capitulo isto & proximo documentatur. Item voluntas Dei est causa omnium futurorum per decimum quartum primi, & in frustabilis ac immutabilis per decimum & vicesimum tertium primi; & h[oc] est determinata apud Deum, sicut nullus ignorat: & quia de præsentibus & præteritis est determinata, quare & de futuris similiiter, sicut potest ostendit per decimum tertium & decimam quartam veritates. Item apud Deum est determinata scientia omnium futurorum, quia per causam determinatam, per suam scilicet voluntatem, per quam scit ea, ut decimo-octavo primi fuit ostensum, & quia alias Deus certus scit præsentia & præterita quam futura, sique aliquid accederet eius scientia ex rebus seculis, contra vicesimum tertium primi, & trigesimum primum huius. Item omnia sunt, ut præsentia in æternitate & intrinsecè apud Deum, scilicet causaliter, sicut ostensio decima quarta veritatis ostendit, quare & de omnibus sicut de temporaliter præsentibus, determinata scientia, certitudo & veritas apud eum. Vnde Ammonius super 1. per hermenias vlt. Nec Deus, inquit, est possibile neque indeterminata cognitionem defuturis habere, tanquam coniectantes de ipsis; primo quidem vlt. Timæus nos docuit, & vt Aristoteles Theologizans prouuntiar, & ante hos Parmenides, tam apud Platonem, quam in propriis carminibus, nihil est apud Deum neque præteritum, neque futurum, quoniam utrumque horum est non ens; hoc quidem non amplius, hoc autem non dum, & hoc quidem transmutatum, hoc autem natum transmutari; quare & coniectuam cognitionem à diis, & in ultimo rationalis vita abici necessariam; Deinde quomodo nisi modicum participabimus

A mus sobrietate, nisi amplius attribuamus cognitioni Deorum, quam vestre? Sed audientes & dubiam ipsam & indeterminatam confiteri; eiudem enim erit rationis. Qui & infra multiplice hoc ostendo concludit palam, quia & contingentia ordicari à Diis dicendum est, & determinata cognoscere ipsorum cumentum; quod ut evidenter doceat, allegat Adulam blich, quod cognitio est med a iuncti cognoscens & cognitum; est enim operatio cognoscentis circa cognitum, quod etiam cognitum quandoque cognoscitur aiori modo quam sit naturaleius, quandoque depresso, quandoque æqualiter. Cum enim intellectus noster politicas actiones disponit, cognoscit singulare negotia, referendo ea ad universalia; Hæc autem cognitio alter est cognitio singularis, partibile & transmutabile singulare. Ratio autem, per quam intellectus practicus cognoscit, indubibilis, & intransmutabilis est; Quandò autem intellectus ad se conuenitus & operans secundum purificatiu[m] virtutes, secundum substantiam considerat, cognitio est eiudem ordinis cum eo quod cognoscitur; cum autem

B ascendens ad summum sue perfectionis, & secundum contemplativas virtutes meditans, considerat ea quæ de diuinis ordinibus, & qualiter ex uno omnium principio hi producuntur, & quæ vniuersalius proprietas est, cognitio deterior eo quod cognoscitur. His igitur sic se habentibus, dicendum, Deos quidem cognoscere omnia facta, entia & futura modo Diis conuenienti; hoc autem est vna & determinata & infallibili cognitione: Proprius quod quidem & contingentium scientiam, dicendum ipsos comprehendere velut omnia, quæ in mundo, producentes, & perpetuarum quidem substantiatum, ipsos causis existentes, generabilium autem concausas, secundum suas proprias operationes, & velut videntes per ipsas solum substantias, sed virtutes ipsorum, & operationes, casusque secundum naturam, & easque præter naturam. Quod quidem præter naturam simile intravit cum necessario ordine subiecto decurrente entium, in his quæ nata sunt hoc participare, non principaliiter, sed secundum modum qui dicitur parvopatetos, scilicet secus existentia; Cognoscere tamen

C contingentia ipsorum natura est; propter quod, hac quidem indeterminatam habentia naturam posse quidem eveneri & non eveneri: illos autem velut modo nobilitati quam sit ipsorum natura, cognitionem eorum præaccipientes determinare, & hæc scire. Etiam res partibiles imparabiliter, & indistinctanter cognoscere ipsos est necessarium, & plurificata vniuersitas, & temporalia aeternaliter, & generabilia ingenerabiliter. Non enim utique sustinbitus quod dicatur simul cum fluxu rerum, Deorum cognitionem decurrente, neque esse aliquid apud ipsos aut præteritum aut futurum, neque dici de ipsis. Erat. vlt. vnius assumptum, cum sint significatio cuiusdam transmutationis; Solum autem ipsum est. Istam quoque sententiam plane testantur autoritates Augustini & Cassiodori super Psalmum 43. 47. h[oc]ius scriptæ.

Pro vicesima sexta sciendum, quod res sunt determinatae esse, & determinatae stabilitatis apud creaturam tripliciter; In se, In suis causis, Vtroque modo. In se, sicut res D contingens praesens, puta Iohannem currere vel sedere, quod ex præsencia sua habet quandam necessitatem sequentem essendi pro nunc, & sic ille determinatum & certum, & similem scibilitatem ab homine, & res præterita similiiter: In suis causis, sicut res naturales naturali necessitate futurae, puta eclipsis futurae luminarium, transmutatio elementorum, & mors mortalium: Vtroque modo, sicut effigies huiusmodi naturales presentes in præteritum transmissi; Futura autem contingentia nullo istorum modorum sunt determinata. Non in se, constat; Non in suis causis, quia tunc non essent contingentia ad vitrilibet, sed contingentia nata vel necessaria; Quare nec vtroque hec modum; Hæc autem est sententia Philosophi t. peri hermenias: vlt. sicut ab eo communiter allegatur, & in obiectiobus erat tactum, licet verbis, Determinatum, Ammonius, nusquam ibi ponatur in tota serie sui textus. Vnde & Ammonius illum locum exposens, sic ait: Est idem sua quidem natura contingentia; cognitioni autem Deorum non adhuc indeterminatum sed determinatum: Palam autem quod & nostræ cognitioni impossibile est determinare cognosci, aliquando contingens, sed ex necessitate consequetur, precedentibus causis sicut generationis. Nec h[oc] resiliunt nisi forte Mathematici & diuini dicentes omnes actus humanos supponi necessitati astrorum: Sed h[oc] tertium secundi refellit. Verum per revelationem diuum potest creatura rationalis habere cognitionem determinatam & certam de futuris contingentibus; imo & quasi demonstrationem propter quid & à causa. Potest enim Deus certitudinaliter reuelare creaturæ rationali voluntatem suam de aliquo tali futuro in proprio genere vel in verbo, sicut quadragesimum huius & sequentia docuerunt: Voluntas autem diuina est causa futurorum necessaria in essendo, necessitate sequente, & instrutabilis in cau-

in causando, sicut decimum quartum primi, quinquagesimum secundum, & quinquagesi-  
mum huius, ac decimum primi docent; quæ omnia potest similiter reuelare. Potest ergo  
creatura cognoscere contingens fore per causam, & quoniam illius est causa. & quoniam im-  
possibile est aliter se habere; potest etiam cognoscere illud fore ex veris, & primis, & imme-  
diatis, & notioribus, & prioribus, & causis conclusionis, vel potius & eminentiis forsitan  
quam per propositiones creatas, per speculum scilicet veritatis æternæ; quare & demonstra-  
tio. *Philosophus.* tui, ut patet 1. Post. 2. vel perfectius & excellenter quam per demonstrationem syllogisti-  
cam discursuam. Hoc idem confirmat autoritas Augustini super Psalmum quadragesimum  
tertium, quadragesimo septimo huius scripta.

Vicesima septima potest ostendi per vicefimam quintam & ostensionem illius: Potest quo-  
que ostendi per decimum quartum & ostensionem illius, cum voluntas divina sit causa om-  
nia futurorum, per quam & Deus omnia illa prescit, sicut decimum quartum & decimum  
octauum primi docent. Quod & clare testantur dicta Augustini & Cassiodori super Psal. 43.  
47. huius scripta.

Vicesima octaua potest ostendi per proximam, & decimam tertiam & ostensiones earum.

Vicesima nona potest ostendi per proximam, & decimam quartam, & ostensiones illarum. *Augustinus.* Hanc etiam place teletari videntur Autoritates Augustini & Cassiodori super Psalmum qua-  
dragesimum tertium quadragesimo septimo huius premissæ. Augustinus etiam vicefimo sex-  
to contra Faustum 2. sic ait; Tam non possunt futura non fieri, quam non fuisse facta præte-  
rita. Nec potest quis dicere Augustinum intelligere in sensu compósito, vel de dicto, & non  
in sensu diuiso, seu de re; quia sic nullum obscurum vel dubium serenaret, nec quicquam doce-  
ret. Processus quoque, finis, & causa, quam dicit, ostendit ipsum loqui in sensu diuiso, &  
de re; Causa autem tua videtur esse voluntas Dei efficax, nec frustabilis aut mutabilis, &  
veritas irrefragabilis, & immutabilis omninoque: Vnde & immediate ante de quodam possi-  
bili fieri ita dicit, Concedo fieri posse, sed vtrum futurum sit, nescio, & ideo nescio quia quid  
habeat de hac re Dei voluntas me later; Illud tamen me non later sine dubio futurum, si hoc  
Dei voluntas habet. Porro, si audiatis quod aliquid futurumerat, sed Deus fecit ne fieret; si  
dissime respondebo, Illud potius futurum erat quod Deus fecit, non illud; quod si futurum  
eret, hoc fecisset. Nam Deus quod facturus erat, tunc sciebat, & ideo simul sciebat illud  
futurum non fuisse, quod ne fieret facturus erat; & proculdubio potius verum est, quod De-  
us fecit, quam quod opinatur homo: ex quibus immediate concludit, Vnde tam non possunt  
futura non fieri, quam non fuisse facta præterita. Sed quomodo istud ex prioribus sequeretur,  
si tantum in sensu compósito loqueretur? Ecce similiter causa, quam immediate subiungit,  
quoniam non est in Dei voluntate ut eo sit aliquid falsum, quo verum est: Quapropter omnia;  
quæ verè futura sunt, sine dubio fieri; si autem facta non fuerint, futura non erant: Ita om-  
nia quæ verè præterita sunt, sine dubio præterierunt. Manifeste quoque apparet per illas du-  
i ipsi futuris atque præteritis, non de propositionibus ipsiis tantum. Qui & infra, Sententia,  
inquit, quæ dicimus aliquid fuisse, ideo vera est, quia illud de quo dicimus iam non est: Hanc  
sententiam Deus falsam facere non potest, quia non est contrarius veritati. Quod si quæras,  
vbi sit haec vera sententia, prius invenitur in animo nostro, cum id verum scimus & dicimus: *D.*  
Sed si & de animo nostro ablata fuerit, cum id quod scimus oblixi fuerimus, manebit ipsa ve-  
ritate; Semper enim verum erit, fuisse illud quod erat, & non est, & ibi verum erit iam fuisse  
quod erat, vbi verum erat antequam fieret, futurum esse quod non erat: Hic veritati Deus  
non potest aduersari, in quo est ipsa summa & incommutabilis veritas, quia illustratur ut ve-  
rum sit quicquid in quorumcunque animis & mentibus verum est. Hanc quoque qualitatem  
necessitatis apud Deum respectu futurorum, sicut respectu præteriorum, quatenus hæc om-  
nia sunt apud eum in æternitate prætentia, immo & qua præterita, quia simili certitudine, stabi-  
litate & necessitate firmata, & quia sic coexistebant omni tempore præterito, immo & præce-  
debant omnia tempora secularia, communiter inveniunt omnes Prophetæ, immo verius spiritus  
sanctus qui locutus est per Prophetas, futura quasi iam præterita prophetando, sicut qua-  
dragesimo septimo huius præhabita manifestant. Quibus & Philosophi consonare videntur: *E.*  
Dicit enim Aristoteles in De Mondo 11. quod omnia sunt verè opera Dei; ex quo, secun-  
dum naturalem Empedoclem, omnia, quæcunque sunt, & postmodum erunt, processerunt.  
*Augustinus.* Vnde & Augustinus de correptione & gratia 32. tractans illud Apostoli ad Rom. 8. Quos  
præsevit & prædestinavit &c. ita scribit; Illa omnia iam facta sunt; Præciuit, prædestina-  
vit, vocavit, iustificavit, quoniam & iam omnes præsciti ac prædestinati sunt; Adiuc autem  
vñque in finem scilicet multi vocandi & iustificandi sunt, & tamen verba præteriti temporis po-  
suit,

*Aristot.*  
*Empedocles.*

*Augustinus.* Vnde & Augustinus de correptione & gratia 32. tractans illud Apostoli ad Rom. 8. Quos  
præsevit & prædestinavit &c. ita scribit; Illa omnia iam facta sunt; Præciuit, prædestina-  
vit, vocavit, iustificavit, quoniam & iam omnes præsciti ac prædestinati sunt; Adiuc autem  
vñque in finem scilicet multi vocandi & iustificandi sunt, & tamen verba præteriti temporis po-  
suit,

A suit, & de rebus futuris, tanquam fecerit Deus, quæ iam vt fierent ex æternitate dispositi.  
Ideo de illo dicit et Propheta Esaias; Qui fecit quæ venientia sunt. Hoc tamen in Esaiæ fe- *E. iii.*  
cundum hanc feriem non memini me legiſle, fortassis || autem translationem allegat aliam, quam || aliam  
non vidi; ista tamen sententia de Esaiæ occurrit. Nam quadragesimo primo secundum transla-  
tionem Hieronymi, Esaias, immo Dominus per Esaiam sic dicit, Quis suscitavit ab Oriente iu-  
stum, scilicet Iesum Christum, & vocavit eum vt sequeretur se? Ecce propheta de præterito,  
& additum mixtum de futuro, Dabit in conspectu eius gentes, &c. & subdit, Quis haec operatus || in futurū  
est & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus primus & nouissimus, ego sum:  
& infra 48. Priora ex tunc annuntiavi, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea, repente oper-  
tus sum & venerunt. Pro hac autem necessitate sequente ex præferta seu præteritione apud  
Deum in æternitate, Augustinus infra 34. concludendo subiungit; Quicunque ergo in Dei *Augustinus.*  
providentissima dispositione preciū, prædestinati, vocati, iustificati sunt & glorificati, non  
B dico etiam nondum renati, sed etiam nondum nati, iam filii Dei sunt, & ideo omnino petere  
non possunt. Quod & Anselmus de Concord. 3. tractans, eandem autoritatem. Apostoli *Anselmus.*  
multo clarius manifestat, sicut quadragesimum septimum & vicesimum ultimum huius pro-  
dit. Qui iesuper Augustinus par. secundum super loban. homilia 14. seu 68. tonus, tractans *Augustinus.*  
illud Iohannis 14. In domo Patris mei mansiones multæ sunt, & infra, Si abero & præpa-  
rauerco vobis locum, &c. Quomodo, inquit, mansiones in domo Patris non alia sed ipse,  
& sine dubio iam sunt tunc parandas non sunt, & nondum sunt sicut parandas sunt: Quomo-  
do putauimus, nisi quomodo etiam Propheta prædictum Deum, quia fecit quæ futura sunt?  
Non enim ait, quia facturus est quæ futura sunt, ergo & fecit ea, & facturas est ea: nam ne-  
que facta sunt, si ipse non fecit, neque futura sunt, si ipse non fecerit; fecit ergo ea prædesti-  
nando, facturus est operando. Vbi & illud Apostoli ad Ephes. 1. Elegit nos ante constituti-  
tionem mundi; & illud ad Romanos prætractum, Quos prædestinavit, illos & vocavit, si-  
C militer intelligit & exponit. Hæc autem autoritas Augustini, licet non secundum le-*Augustinus.*  
gium, allegatur in Canone de pœnitentia distinctione 4. In domo. Idem præterea Augu-  
stinus 5. de Trinitate vii. Apud Deum, inquit, nec præterita transferunt, & futura iam  
facta sunt. Amplius autem 10. de Civitate Dei 2. Vbi, inquit, & quando Deus faciat  
incommutabile consilium, penes ipsum est, in cuius dispositione iam tempora facta sunt  
quæcunque futura sunt. Nam temporalia mouens temporaliter non mouetur, nec aliter  
nouit facienda quæ facta, nec aliter inuocantes exaudiit quæ inuocatores vides, siueque  
temporaliter sunt iussa æterna eius legi conscripta. Qui & 1. Confessionum 6. Anni, inquit, *confessio*  
Deo, tui non deficient; Anni tui hodiernus dies, & quæcunque multi; & quæcunque multi non sunt iam  
dies & patrum nostrorum per hodiernum tunc transierunt, & ex illo accepérunt modos, &  
vicescunque exierint, & transibunt adhuc alij & accipient, & vicescunque existent; tu autem  
idem ipse es, & omnia crastina atque vltima, omniaque hæc & retro hodie facies, hodie  
D fecisti. Quid ad me, si quis non intelligat: Gaudet & ipse. Domine, dicens quid hoc est?  
Gaudet etiam sic & ipse, & amet non inueniendo inuenire potius quæcunque inueniendo non in-  
uenire te.

Trigesima videtur tam certa, quod probatio vix eger. Causæ namque inferiores sunt  
temporales, actiue & passiue cum motu & tempore, cum initio & cum fine. Quod enim  
præteritum est, iam transiit potestatem harum causarum, nec eis vicescunque subiacet: non  
enim potest ab eis initiari per operationem & motum, sicut in ostensione vicesimæ primæ  
pater: Quod autem præsens est, pro nunc necessitatem est esse necessitate sequente; quod verè  
futurum est, est initiabile per actionem & motum à causa secunda libera secundum con-  
tradicitionem ad agendum & non, nec habet ex se aliquam necessitatem eslendi. Nulla  
E causa secunda haberet voluntatem efficacem in omnibus, sicut Deus, immo secundum  
Philosophum 3. Ethic. 5. Voluntas est impossibilium, quare etiæ posuit velle præterita  
non fuisse, præsentiaque non esse, res tamen non sequitur eius velle, sicut sequitur velle  
Dei. Contra primum tamen istorum potest probabiliter objici isto modo; Causa se-  
cunda potest facere de præterito præsens: Sol namque eodem modo obiectus eidem  
illuminabili corruptibili vel æterno nunc & prius, idem lumen generat nunc quod pri-  
us. Nam secundum Philosophum 8. Metaphys. 11. diuersitas effectuum est propter *Philosophus.*  
diuersitatem efficientiæ, vel propriæ diuersitatem materiæ; & secundum eundem 12.  
Metaphys. 11. Si agens sit vnum & materia vna, factum est vnum; quod & plane *metaphys.*  
dicit Averrhoes || utroque commento: Dicit quoque Philosophus 2. de generatione pe-  
nult. quod idem & similiter habens semper idem innatum est facere, supposita feliciter  
et identitate materiæ. Sicut autem argutum est, lumen corruptum idem numero ite-*Philosophus.*  
rum

rum posse generari, sic & potest argui de ceteris formis generabilibus & corruptibili-  
bus, accidentibus, & substantialibus, quare & de ipsis compositis eisdem numerali-  
ter reuersari. A qua quoque per discontinuationem corrupta, per recontinuationem ca-  
dem numero generatur. Quidam autem, ut Platonici, hoc ill concedunt. Sed hos tricesi-  
mam nona pars corollariorum primi primi, & Philosophi; & Theologi redargunt & deri-  
dent. Alij autem tantum errorem vitare volentes, dicunt quod non tantum Sol, sed  
et omnes alias stellæ erraticæ atque fixæ coagunt \* omnem effectum à quocunque pro-  
ductum; & quia situs & aspectus earum adiuicem & ad Solem continuè variatur, &  
effectus producunt continuè variantur. Sed hi non evadunt Autoritates Philosophi; alle-  
gatas: non enim quelibet pars diversitas accidentalis in agente, facit diversitatem  
numeralem in effectu, & maximè in substantijs simplicibus atque compositis. Possunt  
quoque stelle cœli applicari ad aliquem locum terra secundum aquæ fortem aspectum  
nunc ut prius, licet foris non secundum similem omni modo, quare & regenerare ef-  
fectum corruptum. Aliquando etiam, ut videtur, redibunt omnes planetæ & stellæ  
ad similem aspectum omnino quem nunc habent, & quem in quoconque instanti prius  
habebant, pura secundum Platonicos in fine magis anni mundi, qui secundum ip-  
sos est redditio omnium cœlestium ad primarium statum suum, de quo primum primi  
pieni disserebat; tunc ergo res corruptæ exdem numero reverterentur. Quidam au-  
tem hanc rationem soluere cupientes, affirmant motus cœlestes non esse proportiona-  
biles adiuicem aliqua proportione rationabili, sed tantum irrationabili, qualis est pro-  
portio diametri quadrati ad latus, & coni ad medietatem suam, de qualibus alibi ple-  
nius est tractatum; quare nec mota cœlestia vnguam plenariè reuersora ad primarium  
statum suum, nec ad alium quoconque sequentem. Sed ista hypothesis responsiva inul-  
tum voluntariè & faciliter pónitur sine evidentiâ rationis, quare & aquæ faciliter repro-  
batur. Nunquid etiam, admissa hypothesi, ostendant suum propositum: Non est evidens C  
vsquequa, quod evidentiâ ratione discutere per theorematâ mathematicalia à sacris lite-  
ris multum exponere, magis cutiosum fortassis quâd fructuofum Theologis videretur,  
maxime cum alter possit axioma propositum plenè solui. Alij verò dicunt, quod diuersi-  
tas temporis numeralis est causa diuersitatis effectuum numeralis. Sed quomodo, cum  
tempus non sit causa efficiens materialis neque formalis effectuum productorum? que  
enam causa diuersitatis temporis numeralis? Si dixerint, quod diuersitas motum cœ-  
lestium: & quæ causa diuersitatis numeralis istorum? Et sic continuè ascendendum do-  
nec perueniat ad primum huiusmodi diuersitatem. Alij adhuc dicunt, quod causa huius-  
modi diuersitatis effectuum est diuersitas ordinis materialis in subiecto ad diuersos effectus:  
sed quod diuersitas in relatione sit causa diuersitatis in accidentibus absolutis, vel in sub-  
stantialibus, non videtur; in modo rationabiliter est contra. Vniversitas etiam ordinis de nec-  
essitate consurgit ex diuersis ordinatis tanquam ex fundamento & causa priori; quare illa di-  
uersa ordinata potius essent causa huiusmodi diuersitatis effectuum, quam diuersitas ordi-  
nis. Quæ etiam, qualia, & quot sint ista ordinata diuersa, non exprimit, & vix si expri-  
meremur posse. Philosophus etiam 12. Metaphys. vb! fuerat allegatus, tangit vnum per  
quod videtur soluere obiectiōnē p̄misiā, & exposere dicta sua, Iiud, inquiens, factum  
est actu, cuius materia erat potentia, seu in potentia, innuens quod etsi agens sit idem  
& materia eadem, ex diuersitate tamen potentiarum in materia ad diuersos effectus pos-  
sunt provenire diuersi effectus; quare ad hoc quod effectus sit idem numero requiritur  
identitas potentiae numeralis. Quamobrem & Auerores illo commento vndeциmo, Si,  
inquit, materia fuerit vna, & generans vnum, & potentia vna, tunc illud quod fit erit  
vnum; subiectum enim cum fuerit vnum, & potentia existens in eo fuerit vna, & agens  
vnum, tunc nulla erit causa multitudinis. Verum contra istos Philosophos potest prin-  
cipalis obiectio sic reduci, Si A. actuum agat ras in B. passuum, habens C. potentiam  
ad D. effectum, ras producet D.; ponaturque quod Deus de omnipotentiâ sua hodie  
creet D. nihil mutando circa A. B. nec C.; vel si necessario sequatur mutatio, corruptio  
etiam D. hodie reducat Deus omnipotens A. B. & C. ad statum priorem omnino; tunc  
A. ras ex B. & C. faciet D. præteritum & corruptum. Simili quoque modo potest ob-  
stendi, quod hominem naturaliter generandum modo præmisso, olim factum à Deo,  
de reginatum, mortuum & sepultum potest vir nouiter generare, & mulier parere, &  
parere cum virginem; omnis enim partus necessariò exit virgo; potest igitur causa  
secunda facere præteritum & corruptum præsentialiter existere, quare & non esse præ-  
teritum. Inter omnes autem sententias recitatas videtur mihi sententia Philosophi magis  
confona

- A consonationi, quod videlicet diuersitas effectuum numeralis succedentium sibi in eadem  
materia seu subiecto, existentibus eisdem agente & materia seu subiecto, sit ex diuersitate  
potentie seu potentiarum in eas in eo; quanquam circa plenam expositionem huiusmodi  
potentie longe maior discussio requiratur. Verum quicquid sentiant Philosophi Ethnici, *Reffonsis*  
Theologi Catholici indubitanter agnoscant primam, summam, & verissimam causam huiusmodi  
modi effectuum diuersorum esse voluntatem diuinan, non mutabilem aut diuersam, sed stabili-  
lem & candem, quâ sine successione actuum voluntatis & mutatione sui quacunque, vult &  
facit diuersos effectus sibi succedere quando vult, & vbi, sicut 9<sup>th</sup>. & 23<sup>th</sup>. arque 47<sup>th</sup>. primi  
docent. Vnde & Iudith. 9. Hoc factum est, quod iple voluisti. Beatus etiam Augustinus 3. *Iudith.*  
de Trinit. 2. loquens de omnibus quæ sunt vtilitate vel inutilitate, sc̄pe vel raro, Horum, in *Augustinus*,  
quit, nihil sit nisi Dei voluntate, sed plerisque non appetat: Itaque placuit vanitati Philoso-  
phorum etiam causis alijs et tribuere, vel veris, sed proximis, cum omnino videat non possent  
superiorem ceteris omnibus causam, id est, voluntatem Dei, vel falsis, & ne ab ipsa qui-  
dem peruestigatione corporalium rerum atq; mutationum, sed à sua suspicione & errore pro-  
lati. Quare & Enchirid. 6. dicit, Cum quæ: itur quid credendum sit quod ad religionem per-  
tineat, non rerum natura ita rimanda est, quemadmodum ab eis quos Physicos Græci vocant,  
nec meruendum est quemadmodum ab eisdem, ne aliiquid de vi & numero elementorum, de  
motu, atque ordine, & defectibus syderum & figura cœli, de genetibus & natutis animalium,  
fluctuum, lapidum, fontium, fluminum, montium, de spacijs locorum & temporum, de signis  
imminuentium tempestatum & alijs sequentibus, de his rebus quas illi inuenient, vel inuenient  
se existimant, Christianus ignorat; quia nec ipsi omnia repererunt tanto excelentes inge-  
nio, flagrantे studio, abundante otio, & quædam humana conjectura inuestigantes, qua-  
dam verò historica experientia perscrutantes, & in eis quæ se inuenisse gloriantur, plura op-  
erantes potius quam scientes; Satis est Christizno rerum creatarum causam, sive celestium, si-  
ue terrestrium, sive visibilium, sive invisibilium, non nisi bonitatem credere, Creatoris bonam  
scilicet voluntatem. Porro, sive causa secunda possit facere eundem effectum numero qui  
præcessit, sicut verisimiliter apparer quod possit, supposito miraculo præcedenti, sicut proximi-  
mo fuit obiectum; & in recontinuatione forsitan liquidi per discontinuationem corrupti; si-  
ue non possit, sicut extra hos casus videtur non posse, obiectio non procedit. Si enim nos po-  
sit, non obstat; si autem liberè possit facere de præterito & corrupto præsens existens, non ta-  
men propter hoc potest facere de præterito non præteritum, & de corrupto aut corrupta vir-  
ginem, sicut Deus. Licet enim Deus per suam omnipotentiam reduceret Abraham & Sarah  
ad eundem statum in omnibus quem habebant, quando generabatur Iсаak; & hic generaret,  
& illa parceret Iсаak, parceret cum corruptum, & præteritum patrem Iacob; verum est tamen se-  
cundum cursum nature, & sine miraculo, quod omnis partus necessariò exit virgo. Adhuc au-  
tem fortassis sophista sophistice sit instabilit; V occurrit illud præteritum quod fuit & non est; si  
ergo causa secunda potest facere de præterito ipsum esse, potest & facere quod non sit præteri-  
tum. Sed istud non probat quod causa secunda possit facere de præterito non præteritum quan-  
tum ad hanc conditionem, fusse, scilicet quod careat fusse; quare nec obstar. Sed adhuc for-  
sitan replicabit, Causa secunda libera, puta Petrus, aliquem suum effectum liberum præteritum,  
qui dicatur A, potuit prius fecisse non præteritum, simpliciter scilicet omittendo, sicut loqui-  
tur lex de Faccere Digest de regulis Iuris. Qui, inquiens, non facit quæ facere debet, videtur fa-  
cere aduersus ea, quia non fecit; & est talis creber modus loquendi; vel effectum contrarium &  
incompositibilem A qui nominatur B faciendo, & Deus omnipotens potest restituere Petru-  
m omnem potentiam quam prius habuit, & maiorem; quo facio potest Petrus facere A non pre-  
teritum. Vel sic, Petrus prius potuit facere quod A non fusset; quare & si per omnipotentiam  
Dei factus sit nunc æque potens, sicut tunc erat, vel potenter adhuc potest. Vel adhuc fortas-  
sis fortius isto modo; Quæ quia quoconq; modo Deus olim potuit, adhuc eoq; modo potest;  
Alias namq; fieret minus potens, & cessaret esse omnipotens; sed Deus olim potuit facere per  
causam secundam, puta per Petrum, A non esse præteritum, seu quod A non fusset. Hec autem  
etsi videantur acuta, de facili recunderentur. Nam etsi Petrus haberet nunc omnem potentiam  
vel maiorem quam prius, non propter hoc posset nunc omnem effectum eundem numero  
quam prius, sed forte eundem & æqualem specie, vel maiorem; cuius causa est, quia ad identi-  
tatem numeralem effectus non sufficit sola identitas numeralis agentis, potentie agentis,  
item requiritur identitas numeralis materiæ seu obiecti potentiae illius, sicut præmissa testan-  
tur. Et si ponatur quod Deus omnipotens hæc omnia eadem numero plene restaureret, esto  
quod Petrus nunc possit facere eundem effectum numero vel defectum numero quem prius  
non tamen propter hoc potest nunc facere A non esse præteritum, quia nunquam prius hoc  
potuit

potuit facere, quia non antequam A fuit; Tunc enim non fuit factibile à Petro. A non esse præteritum; Sic enim æternaliter ante fuit, sicut modo non est factibile ab aliqua causa secunda; quod Antichristus, qui est futurus, non sit præteritus nunc vel ante. Nam quomodo facheret quod externaliter ante fuit, & quod non potest habere initium & terminum factio[n]is, cùm tam[en] quodlibet facere causa secundæ necessari[u]tate hoc requirat, sicut in ostensione vigesimæ primæ partis corollati huius patet? Nec quando A fuit potuit Petrus facere A non esse præteritum, propter similes rationes. Tunc enim, sicut & temperante fuit A non præteritum, nec hoc tunc vel ante à factio[n]e vel defectione Petri quovismodo dependit; quare nec postquam A fuit potuit Petrus facere A non esse præteritum: Si enim hoc fecisset, A & tunc & temperante fuisse non præteritum; Non enim potest quicquam incipere esse non præteritum; & quia non posset hoc facere, aut fecisse postquam A fuit, nisi per factio[n]em initialem & mutabilem de præterito in non præteritum, quod contradictionem includit. Secunda instantia soluitur sicut prima. Non enim ex æquali potentia nunc & prius vel maior in Petro confequitur ipsum posse omnem eundem effectum numero quem prius, sicut iam patuit. Et si quis obiciendo supponat, quod Deus omnipotens restauraret in Petro activo, in subiecto passivo, & in omnibus requisitis omnia eadem numero quæ prius, licet Petrus nunc possit facere eundem effectum numero vel defectum quem prius, non tamen propter hoc potest nunc facere, quod A non prius fuisse, sed quod A non sit modo deficiente, videlicet tantummodo priuatiè à factio[n]e A, seu faciendo effectum contrarium incompossibilem, & exclusorium ipsius A; ita quod alias A nunc esset, & idem esset ipsum fecisse prius seu facere quod A prius non fuisse, & facere nunc quod A nunc non esset, non autem facere nunc quod A prius non fuisse, secundum Logicam 24<sup>o</sup>. primi premilliam; sicut idem fuit realiter dicere tempore passionis Christi, Christus nunc patitur, & nunc, Christus tunc patiebatur, sicut & de præteritis alijs vniueris. Ultima instantia soluitur ut priores; Non potest Deus per causam C secundam facere A non præteritum, sicut nec potuit unquam prius: Nihil enim potest facere per causam secundam, nisi quod illa potest aliquo modo facere; sed nulla causa secunda potest hoc facere quovismodo, sicut superius est ostensum; Omnis namque factio causa secunda est temporalis cum mutatione & initio; sed A non esse præteritum initiati non potest, quare nec fieri per causam secundam, per factio[n]em aliquam temporalem, sed à solo Deo factio[n]e æterna, scilicet solutione sua seu volutione sua æterna initiu[m] non habente, qua non vult A esse præteritum, seu vult A esse non præteritum, sicut ostensio 21<sup>o</sup>. partis plenius manifestat. Adhuc autem fortassis non defines obiectare istum hominem, puta Ioannem, qui fecit hoc vel illud, contingit non fecisse hoc neg; illud, & Ioannem, qui non fecit hoc nec illud, contingit fecisse hoc & illud; Contingit enim Deum "hoc nolle aur velle, Sed istud non obstat. Licet enim hoc sit possibile & contingens respectu voluntatis diuinæ, non tamen respectu voluntatis humanae, puta Ioannis; Nihil enim est in potestate Ioannis nisi quod cùm vult, facit sicut priora D testantur; sed licet Ioannes hoc velit, non ideo sequitur ira esse, licet insuper Ioannes posset non fecisse quod fecit; non potest tamen facere se non fecisse quod fecit: Quicquid enim faciat in presenti aut etiam in futuro, non ideo sequitur ipsum non fecisse quod fecit. Contra 2<sup>o</sup> partculam huius trigesimalis sic instatur; Contingentia & libertas propriè dicitur respectu presentis, respectu verò futuri impræcipit vel minus propriè communiter seu extense, sicut 5<sup>o</sup> & 6<sup>o</sup>. huius affirmant. Est ergo apud causas inferiores major contingentia & libertas respectu presentis, quam respectu futuri. Sed quis ignorat non sequi ex magis propriè esse tale magis simplificiter esse tale? Quis enim ignorat per se ipsum magis propriè dici de creatura plenè facta, quam de Deo nullo modo factibili neq; facto? & quis cōcesserit creaturam esse magis perfetta quam Deum? Quis [ ] etiam nesciat magnum magis propriè dici de corpore quam de Deo, & de potentij secundum dimensiones corporales extensis, quam de potentia indissibili non extensa? quis tamen concesserit corpus finitum esse maius Deo, cuius magnitudinis non est finis? vel E potentia cuiuslibet elementi finitam, cuiuslibet glebae terræ, seu cuiuslibet guttae aquæ esse maiore Dei potentia infinita? Quonobrē illa consecratio non est tenax. Vt etiam contra 3<sup>o</sup> particularum huius trigesimalis quisquam fortassis opponet, quod voluntas diuina est causa intristabilis & indefectibilis; quare quæcumq; causa inferior product quæcumq; effectum suum futurum, sicut, quare producit & produxit omnem effectum suum presentem & præteritum & per decimam, quartam & 29<sup>o</sup>. partes coroll. prælibati in ipsa est æqualis necessitas respectu futurorum, sicut respectu presentium & præteritorum; quare & æquæ necessarium est causas inferiores producere effectus suos futuros, sicut producere præsentes, & præteritos produxisse. Sed istud nec concludit nec obstat. Non concludit, quia etiam voluntate diuina sit æqualis necessitas respectu futurorum, sicut respectu presentium, alia tamen est necessitas in causa

A causis inferioribus respectu effectuum suorum præsentium; respectu autem effectuum contingenter ad virum liber futurorum nequaquam: Quare multiplior est necessitas respectu effectuum præsentium causarum inferiorum, quam respectu suorum effectuum futurorum. Itud etiam esti concluderet, non obstat. Licet enim esset necessarium & æquæ necessarium, causas inferiores producere effectus suos futuros, sicut producere præsentes, vel præteritos produxisse, quantum est ex parte voluntatis diuinae; non tamen quantum est ex parte causarum inferiorum: Causa namq; inferior, ad virum liber quid auctora nude & absolute consideratur, quantum est de se, nulla necessitate astrinxitur ad illud agendum, sed indiferenter, inde terminat & contingenter ad virum liber se habet ad agendum illud & non, sicut 29<sup>o</sup>. huius ad timilem argumentum similiter est responsum. Amplius autem & præter obiectiones premittas, post si & aliter obisci contra dicta: Ex predictis namq; sequi videtur contradictionis in illo simul vera, saltem in æternitate, quia omnia succedentia sibi in tempore sunt insuccessibiliter ibi simul, sicut premilla celantur. Rursum si esset talis necessitas sequens & immutabilitatis in Deo, ipse non esset liber arbitrij, quia nequaquam flexibilis hinc & inde. Præterea si talis necessitas sit in Deo, preces sibi manerit offeruntur, cum per eas nullatenus inclinari, nullatenus flebit posse. Primum autem istorum erat solutum 24<sup>o</sup>. primi: Secundum autem solutur per primum & quintum huius; Hæc enim ostendunt quod libertas contingentia & necessitas non repugnant. Quis etiam dubiter libertatem arbitrij compari necessitatem sequentem? Mutabilissimus namque homo, licet secundum opinionem quotundam posset velle ex se solo sine Deo aliquid coagente, si nunc quicquam veler, necessari[u]tate pro nunc illud veller necessitate sequente. Nunquid etiam habet Deus libertatem arbitrij circa præsentia & præterita, sicut circa futura, vel minorem respectu horum, quam respectu futurorum, & sic respectu ciuidem obiecti minorum nunc quam prius, vel potius totam libertatem circa aliqua voluta irrecuperabiliter C iam amisit, nouellam seruitutem nouelios compedes nouella necessitas incurrens, contra prius ostensa 30<sup>o</sup>, 50<sup>o</sup> & 52<sup>o</sup>. istius, & specialiter contra 3<sup>o</sup> & 14<sup>o</sup>. corollati huius partes? Nec quia Deus est liberi arbitrij, consequens est eum esse mutabiliter flexibilem, sicut mutabilem hominem hinc & inde: sed ideo dicitur Deus liber libertate contradictionis, quia non est in eo necessitas antecedens ad actum voluntatis ad extra, sed quatenus præcedit causality illum actum, possit ad virum liber producere illum & non, sicut ostensio tertie veritatis corollati huius & non plenius manifestat. Vnde & sanctus Thomas super 1. tenuit dist. 59. questione 1. quarente, Vtrum Deus possit non scire illud quod scit; & arguto tertio quod non, quia omne quod est, necessere est esse dum est, sed scire Dei est ens actu; & quanto quia omne æternum est necessarium, sed quodlibet scire Dei est æternum, respondet hoc modo; Ad tertium dicendum, quod illud, quod est, necessere est esse, dum est; & absolute tamen loquendo non necessere est esse, & ita Deum scire necessere est dum scit, nec tamen necessere est cum scire nisi necessitate immobilitatis, que voluntatis libertatem non excludit; & hæc libertas significatur cùm dicitur, quod Deus potest non scire & non velle. Ad quartum dicendum, quod omne æternum est necessarium, necessitate immobilitatis, que voluntatis libertatem non excludit, ut dictum est. Quomodo autem scire ad voluntatis libertatem pertineat statim <sup>ii</sup> propositum, Licer, inquisiens, esse & scire in Deo sint idem secundum rem, tamen scire sequitur voluntatem ut imperatum ab ipsa aut non; & ideo esse suum subiaceat libertati voluntatis, sicut scire operationi creature. Qui & 1. contra Gentiles 85<sup>o</sup>. teneret eandem sententiam, sicut vigesimum octauum huius breviter recitat. Tertium obiectum supponit cum Ägyptiis Deum esse mutabilem, & alterabilis voluntatis per merita & per preces, contra quintum & vigesimum tertium primi libri: Soluitur autem per premilla, circa dictum Philosophi 1. peri hermenias vlt. & instantia de negligencia 29<sup>o</sup>. huius. Deus enim sicut prædictio aur aliquibus, puta ele[ct]is sicut viam ad illum; sicut extrellum, sic media; sicut totum, sic militiam, merita, & labores, sicut autoritas B. Gregorij 1. Dial. 21. & alia 23<sup>o</sup>. primi scripta lucide manifestant.

## C A P. L III.

*Contra promptulos accusatores, faciles iudices & præcipites  
damnatores; & ponit 36. capitula, quæ sibi videntur erro-  
nea, implorans humiliter autoritatem Ecclesiæ quatenus de-  
terminet veritatem.*



Is autem Dei gratia consummatis, respicio & respecto magnitudinem perhorrēdandam huius periculisissimi pelagi, Pelagio pestilente cum suis Pelagianis pestiferis à voraginibus eius absborpus, Duce Domino in turritissimam Petri nauiculam iam transacti, pro grata multiformi gratias referens multiformes: Reuertor ad animum, reuolufo p̄m̄fia, rumino & mastico, considerans quoque mecum materie, imo materialium difficultatem quam maximam, opinionum varietatem quam plurimam, & opinantium non minimam vanitatem: Credo firmiter, & indubitanter existimo quod multi promptuli detractores me multipliciter accusabunt, leviter iudicabunt, & præcipitanter forsitan condemnabunt. Sed nomine Patrum nostri, tam veteres, quam recentes, ante legem, sub lege, atque sub gratia, imo & Magister noster & Dominus Iesus Christus à similibus similia sunt perspsi, sicut non paucæ testantur historiæ, & exordium huius tangit? Et quis ego tanullus, purred & vermis, vnde tantis & talibus reputor comparandus? cur ergo cum eis timeam perpeti, aut refugiam tribulati, ut sic saltem, licet multum dissimiliter & distanter, ipsi merear comparari? Veruntamen qui me errare putauerit, hortante, quæso, Timæo, & Apostolo suadente, consideret, & etiam atque etiam considerando consideret, & aduerterat seipsum esse hominem similem mei, infirmitate circumdatum, vanitati subiectum, multipliciter erat abundum, & cauteat, ne forsitan ipse errat. Vnum scio, quod si erro, probabilitate multum ero, quia non solus, sed cum multis & magnis Autoribus approbatis, cum multis quoque & magnis rationibus probabilibus, nec facile reprehendam. Vnum quoque peto humiliter & requiro, vt qui me errare contendent, appendat rationes & autoritates nostras contrarias, sententias nostras contrarias munientes indifferenti & iusta statera, non fauorabili aut dolosa, & probatioem sententiam amplexatur. Puto siquidem considerer, imo videor me scire, quod si pro sententia partis contrarie essent D<sup>r</sup> & tam valide rationes, & tot autoritates tam medullatæ, tam consonæ, sicut pro sententia partis huius, & tam marcidae rationes & autoritates tam macræ, tam absurde pro ista, sicut pro illa, illa fuisse ab olim canonizata solenniter, & ista solenniter lapidata. Harum quoq; sentent. qualitates contrarias videtur perspicue demonstrare, quod quanto super ambæ sententia in cōsistorio scholastico diutino, & frequenti vehementius tentabatur, & diligentius probabantur, ista semper velut aurum præclarior, illa velut auriculatum sec scoria obscurior videbatur. Veruntamen quia nequaquam tantæ autoritatis me reputo, nec tam ebrie sapio, vt vel leviter & similem, quod tanta causa per me tantillum finaliter decidatur, & os iniquæ loquentium obstruatur, flexis genibus cordis mei implore Ecclesiam, præcipitatem autem Romanam, quæ summa autoritate vigore dignoscitur, & spiritu sapientiæ gubernari, quatenus ipsa determinare dignetur quid circa præmissa catholicæ sit tenendum: Non enim sine periculo in talibus aberratur. Simon dormis, exurge, quæso, exime gladium, ampura quæque sinistra hereticæ præ uitatis, defende & protege catholicam veritatem. Porro, et si Dominus ipse in Petri nauicula dormiat nimis tempestatis compulsus, ipsum quoque fiducialiter excitabo, quatenus spiritus oris sui tempestate sedata tranquillum faciat & serenum. Absit autem, vt qui in prorâ huius nauicula pernigil laborabat, iam in puppi super cervical dormiat vel dorminet, nisi ea occasione fortassis, vt sic supra vires grauatus inclemilitatem propriam agnoscentes, ad ipsum clamenter feruentius, pulsent attentius, diligenterius querant auxilium, inuentumque amantius teneant & charius amplexentur. Verum licer magno desiderio affectarem ut omnia & singula prelibata examen Ecclesiæ mererentur, hoc tamen præcipue in 36. articulis infra scriptis, qui mihi videntur erronei, exoro suppliciter toto corde, vt sic, quicunq; errauerit, sive ego quod timeo, sive alius, sicut puto, reducatur perspicue ad semitam veritatis, & in ipsa indeclinabilitate confirmetur.

Quod

## C A P. 53.

## De Causa Dei.

## 873

- A Quod Deus non est tam perfectus & bonus, quin aliquid perfectius & melius esse posset. 1  
Quod aliqua res existit, Deo ipsam nullatenus conseruante. 2  
Quod aliqua res existit, Deo nequaquam ipsam immediatae & per se & propriæ conseruante, sed tantum mediante coelo vel aliquo alio & per illud; vel quia prohibet corruptua, vel quia permittit rem esse, aut non destruit rem cum posset. 3  
Quod aliqua res creata vel creabilis sine conseruatione divina omnino, vel saltem sine conseruatione divina immediata, per se & propriæ posset esse. 4  
Quod aliqua res secundum essentiam suam sive substantiam fiat, Deo ipsam minime faciente. 5  
Quod aliqua res secundum essentiam suam sive substantiam fiat sine Deo ipsam immediata per se & propriæ faciente, sed tantum mediante coelo vel aliquo alio, & per illud, vel Deo tantum impediri contra prohibente, vel ea tantum modo ratione quia causa eius efficiens est facta, conseruata, permissa, vel non impedita a Deo. 6  
B Quod aliqua res secundum essentiam suam sive substantiam possit fieri Deo ipsam minime faciente, vel saltem Deo immediata per se & propriæ ipsam nullatenus faciente. 7  
Quod Deus est aliquo modo mutabilis. 8  
Quod scientia Dei, aut eius voluntas est aliquo modo mutabilis. 9  
Quod Deus sciendo, volendo, seu quicquam agendo intrinsecus non est semper intrinsecus, ex quo, summe & plenissime aeternus. 10  
Quod scientia Dei causatur a posterioribus rebus scitis. 11  
Quod voluntas Dei, sive voluntas a posterioribus volutis suis causatur. 12  
Quod actus voluntatis diuinit, Angelicæ, vel humanae, nihil est. 13  
Quod actus voluntatis creatæ secundum essentiam sive substantiam actus fiat ab ipsa, Deo eundem nullatenus coagente. 14  
Quod actus voluntatis creatæ secundum essentiam sive substantiam actus fiat ab ipsa, sine Deo eundem immediata, per se & propriæ faciente, sed tantum mediante coelo, indumenta generali, obiecto, vel aliquo alio simili, & per illud; vel taliter tantummodo improppria ratione, quia Deus voluntatem creatam, quæ efficit actum illum, fecit aut seruat, non delireat, vel non impedit, sed esse & operari permittit, aut quia prohibet ipsam ab alijs impedit. 15  
Quod quando Deus & creatura rationalis coefficient liberum actum suum, creatura prius naturaliter agit illum quam Deus; & quod voluntas creatæ precedit naturaliter in agendo vt Domina, & diuina ipsam subsequitur naturaliter vt ancilla. 16  
Quod Deum præuelle hoc, id est, prius naturaliter velle, seu prius aeternaliter voleisse hoc vel illud præcessis vel futurum, sit vel fuit in liberta contradictionis hominis potestate. 17  
Quod causa prima, seu voluntas diuina sit in causa posterioris seu voluntatis creatæ libera potestate. 18  
Quod gratia, quæ saluamur, non datur a Deo gratis simpliciter, sed aliquo merito præiuxo 19  
D magno vel parvo, condigno vel congruo comparatur. 20  
Quod voluntas diuina est impeditibilis, & non vniuersaliter efficax in causando. 21  
Quod ad hoc quod voluntas diuina sit infructuabilis & necessaria in causando respectu suorum effectuum quorumcunque, & quarumcunque posteriori causatur, omniesque sui effectus sunt necessarii respectu illius, non sufficit quod ipsa sit causa prima naturaliter, & in nullius alterius, nullarumque aliarum potestate non impeditibilis & vniuersaliter efficax in causando. 22  
Quod non est necessarium, Deum creasse mundum, incarnatum facisse, vel hominem redimisse, nec Deum hoc velle, auctoriam voleuisse. 23  
Quod voluntas diuina respectu futurorum contingentium, quamdiu sunt futura contingentia, est libera libertate contradictionis, & non necessaria; sed cum sunt presentia in praeteritum libantur, desinit esse libera huiusmodi libertate, & incipit esse necessaria necessitate opposita respectu eorum. 24  
E Quod voluntas diuina non semper est æquæ libera vel æquæ necessaria respectu cuiuscunq; sui obiecti, & cuiuslibet intrinseci actus sui. 25  
Quod non est necessarium Deum scire aut sciuisse de qualibet re presenti vel praeterita ipsam esse aut fuisse. 26  
Quod scientia Dei respectu futurorum contingentium, quamdiu sunt futura contingentia, est contingens, non necessaria; sed quando sunt presentia vel in praeteritum transirent, desinit esse contingens, & incipit esse necessaria necessitate opposita respectu eorum. 27  
Quod scientia Dei non semper est æquæ libera, vel æquæ necessaria respectu cuiuscunq; sui obiecti, & quod intellectus diuinus seu Deus nequaquam aeternaliter permanet intrinsecus plenissime uniformis, semper vix, æquæ liber, aut æquæ necessarius respectu cuiuslibet intrinseci actus sui. Quod

- 28 Quod licet Christus secundum intellectum, voluntatem & linguam suos humanos in proprio genere per actus naturales humanos distincte sciuit, seu credidit, & similiter voluit, via voce assertuit & iurauit, quod Sacraenta Ecclesiae usq; ad finem saeculi perdurarent, quod foret generalis resurrectio mortuorum, & quod haberent poenam vel gloriam temporis, non est tamen necessarium quod illud sciuit, credidit, voluit, assertuit, vel iurauit. Vel sicut quidam sophistici aut, quod licet Christus secundum intellectum, voluntatem & linguam suos humanos quicquam horum sic sciuit, credidit, voluit, assertuit, & iurauit, & hoc ad intellectum generalis, planum, simplicem, absolutum; non est tamen necessarium quod hoc sciuit, credidit, voluit, assertuit, aut iurauit ad illum intellectum, sed est contingenter posibile quod hoc fecit, non ad illum, sed ad aliquem parabolicum, mysticum, conditionaliter, vel alium huiusmodi intellectum.
- 29 Quod esti Christus secundum naturam suam humanam per actus naturales humanos distincte sciuit, credidit, voluit, assertuit, & iurauit de aliquo futuro contingentio quod hoc erit, quamdiu illum maneretur futurum contingens, contingens est & liberum secundum contradictionem, non necessarium Christum hoc sic sciuisse, credidisse, voluisse, assertuisse, arque iurasse; sed quando illud sit praesens, aut in praeteritum habitur, non est contingens aut liberum Christum sic fecisse, sed necessarium necessitate opposita.
- 30 Quod fuit & est in hominis potestate decipere Christum secundum naturam humanam assumptam, unitione manente, facere ipsum credere fuisse, mentiri, veille manente, & repugnante voluntati divinae; siue, ut quidam subtiliores in oculis suis astruere non verentur, quod fuit & est in hominis potestate facere aliquid; unde cum quibusdam veris alijs sequitur Christum secundum naturam suam humanam unitam, siue aut esse deceptum, falsum credendo, mentitum siue, praesentialiter mente mentiti voluisse, seu veille manente & repugnante voluntati divinae.
- 31 Quod impossibile fuit Christum secundum naturam suam humanam unitam, & in proprio genere habere actus cognoscendi aut volendi naturales, proprios, & distinctos, respectu aliquorum in potestate hominis posteriorum, aut aliquorum contingenter seu non absolute necessarii futurorum; aut quod possibile fuit Christum secundum naturam suam humanam unitam & in proprio genere decipi in credendo, & errare volendo, veille videlicet fieri quod nunquam fuerit, & repugnante siue diffinitorie voluntati divinae, veille, in qua, voluntate rationali, non appetit sensuali, siue carnali.
- 32 Quod prophetae de Christo ante adimplitionem earum non erant necessarii adimplendae; & quod medio tempore inter mundationem seu sanctificationem B. Marie & sanctorum Patrum veteris Testamenti in fide Christi Redemptoris futuri, transiit quoq; & saluationem eorumdem Patrium, & passionem Christi, non fuit necessarium ipsos siue mundatos, sanctificatos, aut saluatios per fidem Christi Redemptoris futuri; aut quod fuit possibile ipsos siue mundatos, sanctificatos & saluatios per fidem fictam, falsam, erroraneam & mendacem.
- 33 Quod prophetae & promissiones Christi ante adimplitionem ipsarum non erant nec sunt necessarii adimplendae.
- 34 Quod omnes prophetae praedictae de Christo, & omnes prophetae ac promissiones Christi de futuris, licet videbantur verbaliter absolute, erant tamen mentaliter tacite conditionales, & nulle simpliciter absolute.
- 35 Quod non est necessarium, quod Ecclesia Christi usque in finem mundi perseueret fidelis.
- 36 Quod possibile est Ecclesiam Christi ex doctrina Christi semper directe siue deceptam in substantiis articulis fidei Christianae, & errore credidisse resurrectionem mortuorum, diem iudicii, & vitam aeternam futuras; & quod non est necessarium quod erit generatio resurrectionis mortuorum, neq; quod reprobri vel electi habebunt supplicium vel gaudium sempiternum.
- Istius autem articulis velut erroribus condemnatis, quid consequentius quam ut haec totidem veritates oppositae lancerint?
- 1 Quod Deus est tam perfectus & bonus, quod nihil perfectius aut melius esse posset.
- 2 Quod nulla res existit, nisi Deo ipsam conservante in esse.
- 3 Quod nulla res existit, nisi Deo ipsam immediate, per se & propriete conservante in esse, non tantum mediante celo vel aliquo alio, & per illud, vel quia prohibet corruptiu, vel quia permittit rem esse, aut non destruit rem cuma posset.
- 4 Quod nulla res creata vel creabilis sine conservatione divina omnia, neque sine conservatione divina immediate, per se & propria posse esse.
- 5 Quod omnis res facta, secundum essentiam suam, siue substantiam, sit a Deo.
- 6 Quod omnis res facta, secundum essentiam suam, siue substantiam, sit a Deo ipsa immediate, per se & propriete faciente, non tantum mediante celo, vel aliquo & alto, & per illud, nec tantum ideo quia Deus

- A Deus impedit contra proibet, aut causam efficientem rei fecit aut seruat, permittit, vel non impedit operari.
- Quod nulla res secundum essentiam suam siue substantiam possit fieri nisi a Deo, neq; nisi a Deo vel simili immediate, per se & propriete faciente.
- Quod Deus non est aliquo modo mutabilis.
- Quod neque scientia Dei, neque eius voluntas est mutabilis illo modo.
- Quod Deus sciendo, volendo, & quodcumque agendo intrinsecus est semper intrinsecus & quem summum & plenissimum actualis.
- Quod nulla scientia Dei causatur a posterioribus rebus scitis.
- Quod nulla voluntas Dei, siue voluntio a posterioribus voluntiis suis causatur.
- Quod omnis actus voluntatis divinitate, Angelicae, & humanae est aliquid.
- Quod omnis actio voluntatis creatae, secundum essentiam siue substantiam ipsam actus, sit ab ipsa, & a Deo cunctem pariter coagente.
- Quod omnis actus voluntatis creatae, secundum essentiam siue substantiam ipsam actus, sit ab ipsa & a Deo cunctem pariter immediate, per se & propriete coagente, non tantum mediante celo, influenti generali, obiecto, vel aliquo alio simili, & per illud; neque taliter tantummodo impropria ratione, qua Deus voluntatem creatam, qua efficit actu illum, fecit aut seruat, non destruit, vel non impedit, sed esse & operari permittit, aut quae prohibet ipsam ab aliis impediti.
- Quod quandocumque Deus & creatura rationalis coefficiunt liberum actum suum, Deus prius naturaliter agit illum quam ipsa, & quod voluntas divina precedit naturaliter in agendo, vt Domina, & creata ipsam subsequitur naturali ordine, vt ancilla.
- Quod Deum praeuelle, id est, prius naturaliter velle, seu prius aeternaliter voluisse hoc vel illud praesens vel futurum, nec est nec fuit in libera contradictionis hominis potestate.
- C Quod causa prima, seu voluntas divina non est in causa posterioris seu voluntatis creatae libera potestate.
- Quod gratia, qua salvamur, datur a Deo gratis simpliciter, nec aliquo merito praevio magno vel parvo, condigno vel congruo comparatur.
- Quod voluntas divina non est impeditibilis, sed universaliter efficax in causando.
- Quod ad hoc, quod voluntas divina sit infrustrabilis & necessaria in causando respectu suorum effectuum quorumcunque, & quarumcunque posteriorum caularum, omnique sui effectus sint necessarii respectu illius, sufficit quod ipsa sit causa prima naturaliter, & in nullius alterius, nullarumque aliarum potestate, non impeditibilis, & universaliter efficax in causando.
- Quod necessarium est Deum mundum creare, incarnatum siue, hominem redemisse, & Denm hoc velle, ac etiam voluisse.
- Quod ex futura contingentia fieri presentia, aut in praeteritum dilabuntur, voluntas divina respectu illorum non definit esse libera aliqua libertate, seu aliquo modo libertatis intrinsecus, qua vel quo prius fuerat libera, nec incipit esse necessaria aliqua necessitate opposita respectu ipsorum.
- Quod voluntas divina semper est quemlibet liber, seu quemlibet necessaria respectu cuiuscunq; sui obiecti, & cuiuslibet intrinseci actus sit.
- Quod necessarium est Deum sciare de qualibet re praesenti, ipsam esse, sciare quoque atque sciisse de qualibet re praeterita ipsam siue.
- Quod cum futura contingentia fieri presentia, in praeteritum transcurrant, scientia Dei respectu illorum non definit esse contingentia aliqua, seu aliquo modo contingentia intrinsecus, qua seu quo prius fuit contingens, nec incipit esse necessaria aliqua necessitate opposita respectu ipsorum.
- Quod scientia Dei semper est quemlibet liber, seu quemlibet necessaria intrinsecus respectu cuiuscunq; sui obiecti, & quod intellectus divinus seu Deus aeternaliter permanet intrinsecus plenissime univallis, semper videlicet quemlibet liber, aut quemlibet necessarium respectu cuiuslibet intrinseci actus sit.
- Quod quicquid Christus secundum intellectum, voluntatem, & linguam suos humanos in proprio genere, per actus naturales humanos distincte sciuit, credidit, voluit, via voce assertuit & iurauit, necesse est eum ita fecisse; & quicquid ad quemcumque intellectum sciuit, credidit, voluit, assertuit, aut iurauit, necesse est eum ad cunctum intellectum ita fecisse.
- Quod si Christus secundum naturam suam humanam per actus naturales humanos distincte sciuit, credidit, voluit, & assertuit, & iurauit de aliquo futuro contingentio quod hoc erit, illo adhuc manente futuro contingentio, necessarium est Christum ita fecisse, & ita necessarium

*rius tunc sicut erit quando illud erit præsens in præteritumque transmissum*

**30** Quod nunquam fuit nec est in hominis potestate decipere Christum secundum naturam humanam absumptam, vniōne manente, facere ipsum credere falsum, mentiri velle inaniter, aut repugnante voluntate diuinā, neque vaquam fuit aut est in hominis potestate facere aliquid: unde cum quibundam veris alijs legiūr Christum secundum naturam suam humanam veitum fuisse aut esse deceptum falsum credendo, mentiri fuisse, præfensualiterue mentiri, voluntate seu velite inaniter, aut repugnante voluntate diuinā.

Quod possibile fuit Christum secundum naturam suam humanam unitam & in proprio genere habere actus cognoscendi, & volendi naturales proprios & distinctos respectu aliquorum in potestate hominis positorum, & aliorum contingenter, & non absolute necessario futurorum; & quod impossibile fuit Christum secundum naturam suam humanam unitam, & in proprio genere decipi in credendo, aut erate volendo, velle videlicet fieri quod nunc quam fieret, aut repugnante sue disformiter voluntati divinitat, velle, inquam, voluntate rati-  
onali, non appetiri sensibili sua carnis.

Quod Prophete de Christo ante adimptionem carum erant necessaria adimplenda, & quod medio tempore inter mundationem seu sanctificationem beatæ Mariæ & sanctorum Patrum veteris testamenti in fide Christi redemptoris futuri, transiit unum quoque & salvationem corundem Patrum & passionem Christi fuit necessarium, ipsos fuisse mundatos, sanctificatos, & salvatos per fidem Christi redemptoris futuri, & quod non fuit possibile ipsos fuisse mundatos, sanctificatos, & salvatos per fidem fictam, falsam, erroneam, & mendacem.

33 Quod prophetiz & promissiones Christi ante adimplitionem ipsarum erant & sunt necessario adimplendi.

34 Quod non omnes prophetarunt predicarum de Christo, nec omnes prophetarunt aut promissiones Christi de futuris erant mentaliter; tacite, conditionales, sed multarum mentaliter simpliciter absolutarum.

Quod necesse est Ecclesiam sanctam Christi usque in finem mundi perseverare fidem.  
Quod non est possibile Ecclesiam sanctam Christi ex doctrina Christi semper autem vngnata  
directe fuisse deceptam in substantialibus articulis fidei Christianae, aut erronee credidisse re-  
surrectionem mortuorum, diem Iudicij, aut vitam eternam, & quod necesse est hanc fore, Re-  
probos quoque habere supplicium, & electos gaudium sempiternum.

*Explicit istud opus, De causa Dei contra Pelagium, & de virtute causarum, & virtute  
Dei causarum; prescriptum London, anno millesimo trecentesimo  
quadragesimo quarto Dom. Iesu Christi.*

Ad suos Mertonenses Epistola posterior.

